




dawna sygnatura: 11. II 26 d, e

pozostałe części klocka:

a) Aristoteles, Duodecim libri metaphysicae, Leipzig, M. Landspergk, 1499. 2°
sygn.: Inc 2346

b) Aristoteles, De coelo et mundo. Leipzig, M. Lotter, 1504. 2°
nie odszukano

c) Aristoteles, Textus quattuor librorum meteororum, Leipzig, M. Lotter, 1503. 2°
sygn.: 393249 III

Baccalarij [illegible]
res prefe[illegible]
[illegible] 15[illegible]
Paulus [illegible]
[illegible]
Michael [illegible]
Hieronym[us] [illegible]
Nicolaus [illegible]
Nicolai a [illegible]
[illegible]
Paulus [illegible]
Johannes [illegible]

Politica Aristotelis a Leonardo Arethino e greco in latinuz traducta: cum breui admodum et cōpendioso cōmentariolo inter capitula inserto materiā eorundem dilucide et breuiter explicans.

Lecta est hec lectura per me Mathea artium Magistrum Com[...] Anno 1533 hora [...] in Lectorio [...] pro tunc Minoris Collegii [...]

Prolog⁹ Leonardi Aretini in libros Politicorum Aristotelis e greco in latinum traductos.

Nter moralis discipline p̄cepta! quib⁹ humana institui vita ꝛ docet eminētissimū quodā mō locū obtinēt/ que de ciuitatib⁹ earūq꜒ gubernatione ꝯseruatiōeq꜒ tradunt Quippe disciplina huiusmōi omis felicitatem homib⁹ efficere studet Felicitatē vero si vni acquirere p̄clarū ē: q̄nto magnificenti⁹ erit vniuerse ciuitati btitudinē adipisci: bonū em̄ q̄nto lati⁹ patet tanto diuini⁹ ē existimādū Cūq꜒ hō imbecillū sit aial! ꝛ quā ꝑ seipm̄ nō habz sufficientiā ꝑfectioneq꜒! ex ciuili societate reportet. nlla ꝑfecto cōueniētior disciplina hoīe ē ꝑt! q̄ qd sit ciuitas ꝛ q̄d respublica itelligere! et ꝑ q̄ ꝯseruet intereatq꜒ ciuilis societas nō ignorare Mihi qdē q̄ hec ignorat seipm̄ pariter ignorare videt! ac sapientissimi dei preceptū despicere Itaq꜒ et Plato decē illis p̄claris libris q̄ sunt ab eo de republica scripti! in hac ꝑte ostendēda docēdaq꜒ plurimū nix⁹ est et Marc⁹ Cicero noster sex inclitꝭ libꝭ q̄s de republica scripsit hāc ip̄am ē materiā ꝑsecut⁹. Et Aristoteles ī volumie qd nūc in latinū ꝯuertim⁹ hec ip̄a ꝯplex⁹ ē. tāto quidē nitore et copia et ornatu vt vere mereat flumē aureū vocitari ❡ Materia igit hui⁹ op̄is est talis (ꝯuertēdi aūt interp̄tandiq꜒ mihi causa fuit eadē illa! que iam decē et octo annis ad cōuersionē Ethicorū induxit) Nam cū viderē hos Aristotelis libros! qui apd grecos elegantissīō stilo ꝑscripti sint! vitio mali interp̄tis ad ridiculā quandā ineptitudinē esse redactos! ac p̄terea in rebus ipsis errata ꝑmulta! ad maximi ponderis laborē suscepi noue traductiōis/ quo nostris hoīb⁹ in ac ꝑte ꝓdessem Quid em̄ op̄e mea vtili⁹! qd laude digni⁹ efficere possim q̄ ciuib⁹ meis p̄mū! deinde ceteris qui latia vtunt lingua ignaris grecaꝝ lrāꝝ facultatē p̄bere! vt nō ꝑ enigmata et delirамēta interp̄tationū ineptaꝝ ac falsaꝝ ꝫ de facie ad faciē possint Aristotelē intueri! et vt ille in greco scripsit! sic in latino ꝑlegere: Excitauit me q̄ vtilitas maxia quā ex interp̄tatiōe Ethicoꝝ ꝓuenisse conspexerā Hoīes em̄ ingenue eruditi q̄s primo veterꝭ interp̄tationis ineptitudo ac barbaries a legendo repellebat! ita postmodū eos libros cōplexi sunt! vt in maximā lucē illarū rerum cognitio sit perducta. Quod idem fore spero in hijs de quibus nunc agimus Politicorū libris Atq꜒ eo magis! qui hec materia ciuilis! et v̄ba ad exprimendū alia! q̄ in suis disputationib⁹ scolastici vtant! et maiorē quendā efflagitant dicendi ornatū Que duo interpres ille nedū cōsequi! ꝫ ne suspicari quidē potuit Aristoteles certe tanta facūdia! tāta varietate et copia! tanta hystoriarū exēplorūq꜒ cumulatiōe hos libros refersit! vt oratorio pene stilo scripti videant Sic em̄ argumētatiōes totas interduz explicat! vt cuncta dicendi ornamēta in eas studiose coniūctas liceat intueri! nec est in his libris questio vlla paulo vberior! que tractata ab illo sit absq꜒ rethorico pigmento atq꜒ colore Quorū etsi nō expressionē/ attamē adumbrationē quandā diligens lector in hac traditione nostra deprehendet.

❡ Fuit em̄ Aristoteles studiosissim⁹ eloquentie quod artes rethorice eius plurib⁹ voluminib⁹ explicate declarant Que sit igit horū librorū materia! et qua de causa laborem hūc susceperimus! et quales libri ip̄i in greco sint hec prefatos esse sufficiat. Hortamur autem omnes vehementer ad huius operis diligentissimam lectionem! vtpote doctrinā vberrimā ac rerū ꝓpe innumerabilium cognitionē et quidem necessariam ad vitam suscepturos.

Politica Aristotelis a Leonardo Arethino e Greco in Latinum traducta.

¶ Capitulo primo / exponit quibus de rebus sit dicendum in hijs de republica libris Et simul paucis agit de communitatibus que sunt partes ciuilis societatis.

Voniam videmus omnem ciuitatem esse societatem quandam / et omnem societatem boni alicuius gracia constitutam (nam eius gracia / quod bonum videtur: omnes omnia agunt) patet quod bonum aliquod omnes coniectant.

¶ Maxime vero principalissimum omnium / que est principalissima / et ceteras omnes complectitur. Est autem hec illa que ciuitas appellatur / et ciuilis societas. Quicunque vero putant gubernatoris Ciuitatis / et regis patrisque familias et domini / eandem esse rationem non bene dicunt Multitudine enim et paucitate / sed non specie illorum singulos putant differre / veluti si paucorum quidem dominum. si vero plurium patremfamilias / si autem adhuc plurium gubernatorem ciuitatis / vel regem / quasi nihil differat magna domus et parua ciuitas / gubernatorque ciuitatis et rex. quandoquidem ipse presidet rex / quando vero secundum rationem talis scientie / in parte presidet / et in parte subest / gubernator ciuitatis / Sed hec vera non sunt quod manifestum erit secundum hanc doctrinam considerantibus Vt enim in alijs / compositum usque ad incomposita diuidere necessarium est. he namque sunt minime totius particule: ita ciuitatem ex quibus componitur considerantes / et quid illa differant inter se: et si quid artificij recipiunt / singula illorum intuebimur.

¶ Si quis igitur ab initio rerum originem respiciat / vt in alijs / sic et in istis optime discernet. Primum igitur necesse est conbinare illos / qui non pos-

Liber Primus.

sunt esse nisi simul / ceu marem et feminã generationis causa / et hoc nõ ex electione: sed velut in ceteris animalib' et plantis / naturale est desiderium tale alterum relinquendi ¶ Imperans vero natura et parens propter cõservationẽ. nã qd potest mente prospicere / natura / imperat et dominatur Quod autẽ potest corpore hoc facere / paret natura et servit. quapropter dño et servo idẽ cõfert ¶ Natura igitur distincta sunt femina et serv'. Nihil eñ natura facit tale q̃le statuarii delphicũ gladiũ ob inopiã / sed vnũ ad vnũ Sic eñ optime instrumẽta pficiũt / si eorũ singla nõ multis sed vni deserviãt. ¶ Verum apud barbaros femina et servus eodem gradu habentur. Causa vero hui' est / qm̃ qd natura dñetur nõ habent sed fit eorũ societas ex servo et serva. Quãobrem aiunt poete / grecos barbaris dominari oportere / quod idem sit natura barbar' et servus. Ex hijs duab' igitur societatib' dom' prima / recteq; Hesiodus inquit domũ in primis mulieremq; et bovem aratorẽ. Bos eñ pro servo pauperibus est. Quotidiana igitur societas scd̃m naturam ↄstituta / domus est. quos Carondas quidẽ homosipios. Epimenides vero Cretensis homocapnus appellat. Sed que ex pluribus domib' cõstituitur societas prima / vtilitatis gratia non quottidiane / pag' est ¶ Maxime vero scd̃m naturã videtur pag' ppagatio quedã esse domus / quos dicim' collactaneos et natos esse natorũ. Quapropter primo sub regib' civitates erant / nunc vero etiã gentes. nam ex his que suberant regno accreverunt. Omnis aũt domus regitur a seniore. itaq; et genera inde propagata ppter cõsanguinitatẽ. Et hoc est qd inquit Homerus / iura dant singuli / natis et vxoribus sparsim namq;. et sic antiquitus habitabant. ¶ Et deos ob hocipm putãt cuncti regem habere / qm̃ et ipi partim nũc /

partim antiqui / sub regibus degebant. quemadmodū vero formas humanas dijs attribuunt homines / sic etiam et vitas.

¶ Capite. ij. Et ex quibus partibus constituta sit civitas / et q a natura sit / declarat.

Que autem ex pluribus pagis conficitur societas / civitas ē. que quidem (vt ita dixerim) totius sufficientie vitam habet. cōstituta quidem grā vivendi, existens aūt benevivendi gratia. Quapropter omīs civitas natura ē / siquidem et prime societates, nā hec illarum finis est. natura vero finis est. ¶ Quale em̄ vnumquodqz generationis est perfecte hanc vniuscuiusqz naturam esse dicimus ceu hominis / equi / domus. Insup cuius grā et finis optimum, sufficientia vero finis et optimum. ¶ Ex his igitur patet / civitatē esse ex his que natura sunt / et q homo natura civile ē animal. et qui absqz civitate est / per naturā nō p fortunā: aut nequā est / aut potior q homo / vt ab Homero per cōtumeliā increpatur: sine tribu: sine iure: sine domo. nā simul talis est et belli cupidus ¶ Ex quo patet / sociale animal esse hominē magis q oīs apes q oīe gregarium. nihil em̄ vt diximus frustra natura facit. sermonē vero homo habet solus oīm animaliū. nā vox quidem molesti atqz iocundi significatio est. quapropter alijs q existit animalibus. huc vsqz em̄ natura in hijs pcessit vt sensum habeant iocundi et molesti / et hoc inter se significare possint / at sermo ad hoc datus est nobis / vt ostendamus vtilitatem et damnū atqz ita iustum et iniustum. hoc em̄ preter cetera animalia hominibus pprium est / vt boni et mali ac iusti et iniusti et aliorum huiusmodi sensum habeant soli / horumqz societas / facit domum et civitatem ¶ Et certe scđm naturam prius est civitas q dom⁹ et q singuli nostrū. nā totum prius esse q

Liber Primus.

partem necessarium est. Perempto em̄ toto non est pes neq̄ manus / nisi equiuoce / veluti si quis dicat lapideam. nam corrupta quidem erit talis ¶ Cuncta quidem opere diffinita sunt / et potentia. Itaq̄ cum amplius nō sint talia / nō est dicendū illa eadem / ꝫ equiuoca. Esse igit̄ ciuitatem natura et prius q̄ singuli manifestū est. si em̄ non est sufficiens vnusquisq̄ separatus: perinde se habet ac relique partes ad totum Qui aūt in cōmuni societate nequit esse / quiq̄ nulli⁹ indiget ꝓpter sufficientiā / nulla pars est ciuitatis / quare aut bestia aut deus ¶ Natura igitur omibus ad huiusmodi societatē est apetitus Qui autem primus instituit / maximorum bonorum causa fuit. vt em̄ perfectione suscepta / optimum cunctorū animalium est homo / ita si alienus fiat a lege et a iudicijs pessimum est omniuz animalium Seuissima em̄ est iniusticia / tenens arma. homo vero arma tenet per innatam prudentiam atq̄ virtutem / quibus plurimum valet in cōtrarium vti. Itaq̄ impijssimum et immanissimum est sine virtute / ad libidinem cibationemq̄ deterrimum. iusticia vero ciuile quiddam est Naz ius ordinatio est ciuilis societatis / indicatio autem iusti iudicium.

¶ Ca. ij. Diffinit seruum / qui cum sit pars et instrumentum acquirende possessionis / recte ponitur pars rei familiaris. i. yconomice seu dom⁹.

Q Voniam declaratum est quibus ex partibus constituta sit ciuitas. necessarium videtur primum de re domestica dicere. omis em̄ ciuitas ex domib⁹ constat. ¶ Rei domestice rursus partes sunt ex quibus domus est constituta. domus autem perficitur ex seruis et liberis. cū vero prima queq̄ sint in minutissimis ꝑquirenda. prime vō ac minutissime ptes dom⁹ existāt / dn̄s et seru⁹ / maritus et vxor / pater et filij. de hijs vtiq̄ partib⁹ cōsiderandū fuerit / quid vnūquodq̄ et quale esse oporteat /

hoc est de dñica / de cõiugali / de paterna disciplina ❡ Est insuper quedã
pars / que videt̃ q̃busdã esse disciplina rei familiaris. quibusdã vo maxia
ei⁹ pars Loquor aũt de illa pte q̃ versat̃ circa acquirendũ / que et ipa quē-
admodum se habeat / considerandum erit ❡ At primum de seruo et do-
mino dicamus / vt ea que necessaria sunt intueamur / et si quid de his me-
lius comprehendere possumus / q̃ ea que nunc existimantur ❡ Quibus-
dam porro videtur scientia quedam esse / dominatio / eademq; esse / di-
sciplina domestica / et dominatio gubernatioq; ciuilis et regia vt in prin-
cipio diximus ❡ Alijs autem preter naturam videtur esse dominatio.
Quoniam natura nihil differat / sed lege duntaxat inductum sit / vt alij
liberi sint / alij serui quapropter neq; iustum / violentum enim ❡ Cum
igitur possessio sit pars domus certe et illa per quã acquirimus / pars erit
domestice discipline. nã sine necessarijs impossibile est et viuere et beneui-
uere Vt vero in artib⁹ necessariũ est subesse ppria instrumenta / si op⁹ mõ
cõfici debeat / sic etiã in re familiari ❡ Instrumentorũ vero quedã inani-
mata sunt / quedã aĩata veluti gubernatore / nauis. que quidẽ inanimis
est / q̃ vo prorã regit / aĩat⁹ Nã minister in artib⁹ / locũ instrumẽti obtinet
sic et acquisitio instrumẽtũ ẽ ad vitã. Res aũt possessa m̃ltitudo instrumẽ-
tor et seru⁹ possessũ q̃ddã animatũ et tanq̃ instrumentũ / aũ instrumen-
tum omnis minister Si possent enim instrumenta ad iussum vel nutũ dñi
suum op⁹ conficere / quemadmodũ Dedali aut Vulcani tripodes / quos
inquit poeta spõte sua diuinũ prodisse in certamẽ / sic et pectines texerẽt / et
plectra pulsarẽt: neq; architecti sane ministris / neq; dñi indigerẽt seruis
/ Que igit̃ instrumẽta dicunt̃ / factiua sũt / qd vo ad acquirendũ possidem⁹

Liber Primus

actiuum est. A pectine quidē aliquid fit preter illius vsum. A veste vero atq3 lectica / vsus solum ¶ Preterea cū specie differāt facere et agere : et indigeat vtrumq3 instrumētis / necessarium est et illa eandem hr̄e differentiam vita certe actio est / et nō factio Quapropter seruus minister est ad actionez

¶ Id autē quod possidet dicit quemadmodū et pars ad totū. pars vero alterius nō solū est pars s3 etiā omnino alterius ¶ Quapropter dn̄s / serui est dn̄s solū s3 illius nō ē Seruus āt nō solū domini seruus sed omnino illius

¶ Que igitū sit natura serui et que potestas : ex his patet / qui em̄ sui ipius nō est scd̄m naturam s3 alterius / homo hic natura est seruus / alterius aūt est qui possidet homo / existēs instrumentū ad acquirendum actiuū et sepabile

¶ Capite quarto Inuestigat / vtrum sit aliquis natura seruus.

Utrum vero sit aliquis natura talis vel non, et vtrū melius ac iustius sit alicui seruire vel nō / s3 omis sit pter naturā / considerandū postea erit ¶ Nec sane difficile est ratione perspicere / et ex his que fiūt cognoscere ¶ Imperare em̄ et parere nō solū necessarioꝝ ē : verū etiā vtilium Ac statim ex generatione quedā distincta sunt Alia quidē ad imperandum / alia vero ad parendū Et semper melius imperiū melioꝝ parentium est. Ceu hominis q̄z bestie. nā qd̄ a melioribus pficitur / melius est opus Vbi vero aliud imperat / aliud paret / est aliqd̄ horum opus. Nam quecunq3 ex pluribus cōstant / et vnum quid cōmune fit / siue ex ptinuis / siue ex discretis / in omnibus apparet et qd̄ imperat / et quod paret Et hoc ex tota natura inest animatis Nā et in hijs que experta sunt vite / est qd̄dam imperiū instar armonie. sed hec forsan aliena sunt ab ista cōsideratiōe

¶ Animal vō ꝯstat primū ex animo ꝛ corpore. quoꝝ alteꝝ imperat scd̄m

naturam alterū paret. oportet autē considerare naturā non in corruptis sed in his que magis se habent secundū naturā. Quocirca eum qui et animo et corpore optime dispositus sit inspiciendū est / in quo certe id manifestum. nam pravorū quidē aut prave dispositorū! sepe inveniet corpus imperare anīo / ex eo qꝛ pverse et preter naturā se habēt. Est igitur (vt diximus) primū in aīali ꝓspicere imperiū dñicum et civile. nā animus quidē in corpus dominicum habet imperiū Mens vero in appetitum civile et regium. in quibus clarū est scdm naturā et vtilitatē imperari ab animo corpori. et ab ea pte que habet rationē / ei parti que subiacet perturbationi! equalitatem vero ac vicissitudinē omibus nocere. ¶ Rursus in hoīe et in animalibus aliis / eodem mō mansueta quidē meliora sunt ꝙ fera / his aūt melius est vt homini pareant Nā salutē ita recipiunt Est aūt masculus et femina. alterum melius scdm naturam! alterum deterius Et hoc imperans illud parens Eodem modo necesse est in cunctis hominibus.

¶ Ca. quinto Concludit aliquos homines fore natura servos.

q Vicunqꝫ igitur tantum distant ꝙtum animus a corpore: et hō a bestia per hūc modū se habet quorumcūqꝫ est opus in corporis vsu et hoc ē in eis potissimū / hi sunt a natura servi: quibus melius est vt imperet hoc imperio / quemadmodū in premissis. Est enim natura servus! qui potest alterius esse. quapropter et alterius ē Et qui tantū particeps est rationis / vt sentiat quidē: at nō habeat nā cetera quidē animalia rationem nō sentiunt sed passionibus inserviūt / et vsus variat parumper ¶ Necessariorū enim corpori auxilium fit ab vtrisqꝫ / a servis videlicet et mansuetis animalibus Vult enim natura et differentia facit corpa liberorū et servorū

Liber Primus.

alia quidem robusta ad necessarios vsus. alia vero recta et inutilia ad tales operationes / verū vtilia ad ciuilem vitam Hec autem diuisa est in belli opportunitates et pacis. Accidit verō sepe ⁊ contra hos quidē corpora habere liberorū / illos vero animos. Nam id quidē patet / q̄ si tantū precellant corpore quantū deorū imagines / reliqui om̄es digni apparent illis seruire Id si verum est in corporib⁹ ! multo iustius in animo idem putare Sed non (vt corporis ita et animi pulchritudinē discernere) facile est. Q̄ igitur sint scōm naturā aliȷ̄ liberi aliȷ̄ serui ! patet quibus prodest ac iustū est.

❡ Ca. vi. Ponit opinionez dicentiū q̄ null⁹ sit natura seruus.

Vod autem et contra dicentes quodāmodo recte dicūt ! nō difficile fuerit intueri ❡ Dupliciter enim dicitur seruire et seruus. Est em̄ aliquis scōm leges seruus et seruiens. Nā lex consensio quedam est per quā bella capta illorum fieri dicuntur qui ceperunt Hoc aūt ius multi eorū q̄ circa leges v̄sant̄ accusant / tāq̄ oratorē q̄ ꝯtra leges decreuerit Quasi sit graue / si ei⁹ q̄ vim afferre p̄t / et potētia p̄cellit / seru⁹ fiat / et subdit⁹ q̄ vim patit̄. et quibusdā hoc mō videt̄ / quibusdā illo etiā sapientū Causa vero ambiguitat̄ et variatiōis huiusmōi est q: quodāmō v̄tus freta potentia vim p̄t maximā afferre et sp̄ id qđ supat est em̄ excellentia alicuius boni. ex q̄ fit vt vis nō absq̄ v̄tute esse videat̄ Sz circa iustū solū esse ambiguitatē / ꝓpter hoc etiā aliȷ̄s q̄dē beniuolētia videt̄ eē iustū / aliȷ̄s hoc ip̄m videt̄ iustū potētiorē dn̄ari Discordātib⁹ inuicē huiusmōi sermōib⁹ / cū alteri nec validū q̄cq̄ neq̄ ꝑsuasiuū cōtineat qđ nō oporteat meliorē ꝟm v̄tutē ꝑesse ac dn̄ari Omino retinētes quidā (vt aiūt) alicui⁹ iusti (nā lex iustū quid est) seruitutē que ex bello ꝓuenit iustā posuere / et simpliciter nō aiunt Nā

fieri potest: vt belli principium nequaq̃ sit iustum. Et indignum seruire/ nemo diceret esse seruum/ alioquin contingit eos qui nobilissimi videntur/ seruos esse. Atq̃ ex seruis/ si cõtingat eos capi atq̃ venũdari. Itaq̃ istos nõ volũt seruos dicere/ sed barbaros. At qui cum ista dicunt/ nihil querunt aliud q̃ natura seruos/ vt ab initio diximus. Necesse est em̃ dicere alios vbiq̃ seruos esse/ alios nec vbi. ¶ Eodẽq̃ mõ de nobilitate. nõ solũ em̃ apud seipos nobiles/ sed vbiq̃ existimant/ barbaros vero domi solum nobiles/ quasi existat alia simpliciter nobilitas/ alia non simpliciter vt Theothecti Helena (inquit) ex diis ab vtraq̃ stirpe ꝓgnatã/ quisq̃ appellabit seruam. Sed cum hoc aiunt nullo alio q̃ virtute et vicio diffiniunt seruũ et liberum nobilesq̃ ignobiles. Putant em̃ vt et hominib⁹ hoiem/ ex bestiis bestiã/ sic ex bonis bonũ generari. Sꝫ natura quidẽ hoc vult attñ plerũq̃ nõ pt. Q. igit̃ hec dubitatio hꝫ rõem quãdã/ et nõ sũt alii natura serui/ alii liberi/ manifestũ ẽ. et qd i quibusdã determĩatũ ẽ tale aliqd qb⁹ pdest et iustũ ẽ aliũ seruire/ aliũ eẽ liberũ. et cõuenit aliũ impare/ aliũ parere/ eo impio qd innatũ ẽ/ qre et dñari/ male aũt vtrisq̃ inutiliter fit. Nã idem pdest toti et pti/ et anie et corpi. At seru⁹ ps qdã ẽ dñi qsi aiatũ qddã/ corpis ꝫ sepata/ quapp aliqd ẽ qd sit ꝓsit: et amicitia seruo et dño inuicẽ scdm naturã ita dispositis. illis vero qui scdm legem et per violentiaꝫ cõtrariũ.

¶ Ca. vii. principat⁹ dñic⁹ (quem grece despoticũ appellant et gubernatio reip. nõ sũt idẽ principat⁹ et q nõ oẽs pricipat⁹ sunt vni⁹ spẽi/ ostẽdit.

PAret autem ex hiis/ q nõ idem est dominatio et gubernatio rei publice/ nec oĩa simul principia vt quidam aiũt. Nam aliud liberorũ scdm naturam/ aliud seruorum est. Et in re familiari imperium est vni⁹. nã ab vno regit̃ ois dom⁹. In repu. aũt liberorũ et equaliũ ẽ gubernatio

Liber Primus.

Dominus ergo nō dicit̄ scd̄m scientiā ꝗ quia ē talis / eodemq₃ modo et seruus et liber Scientia vo est et liberalis et seruilis / qualem syracusis ille docebat . nam ibi quidaz mercedē pueros docebat : seruitutē ceu coquinariā / et aliū huius generis famulatū Sunt autem ministeria illorū quidem honestiora aliorum vero necessaria magis et vt est in puerbio seruus p seruo et dn̄s p dn̄o . he igitur omnes scientie seruiles sunt. Domini aūt scientia ē per quā vtitur seruis . naz domin9 est nō in possidēdo seruos sed in vtendo ¶ Continet aūt hec scientia non magnū aliquid neq₃ gloriosum / que eīm seruum scire facere oportet : illum oportet scire iubere . Itaq₃ quibuscunq₃ est facultas a laborib9 cessandi / vicari9 quidē hūc honorē suscipit . ipi vero aut reipublice administrande : aut studijs philisophie intendunt . Acquirendi vero disciplina alia est ab vtraq₃ istarum / ceu bellica quedam iusta aut venatica ¶ De seruo igitur et dn̄o in hunc moduz determinatum sit .

¶ Ca. viij. Quasdā questiūculas de possessione et questu ꝓponit subdēdo multos acquirendi vict9 modos brutis et hominibus conuenientes .

t Otaliter aūt de vniuersa possessione et de questu intuebimur scd̄m antecedentez modū / qn̄ et seruus possessionis erat pars ¶ Primū igit̄ dubitaret vtiq₃ aliqs / vtrū illa disciplina que ad acquirendū spectat / idem sit qđ res familiaris / vel pars aliqua eius vel ministra . ⁊ si ministra / vtrum quemadmodū pectinaria textorie / aut quemadmodum eraria statuarie Nō eīm eodem mō subministrāt / sed altera quidem organa prebet / altera materiā. Dico aūt materiā seu id qđ subiacet ex quo aliquod perficitur opus . ceu textori lana / statuario es ¶ Q₃ quidē igit̄ nō sit eadem rei familiaris disciplina illi / que pertinet ad acquirendū / manifestum est Nā huius quidem parare est / illi9 vero vti Que eīm vtitur his

que sunt in domo nisi reifamilaris disciplina Sed utrum sit eius pars vel alia species dubitationē habet. Nam si est diligētis patrisfamilias videre quō pecunie et possessio assint. possessio aūt et pecunie multas cōplectunt ptes Itaq̨ primū agricultura vtrū pars aliqua sit illi⁹ diligentie an aliud quoddā gen⁹ Et totaliter circa alimentū cura et acquisitio ¶ At qui spēs alimētandi multe sunt nā ꝛ vite plures sūt aīaliū ꝛ hominū. nō em̄ fieri pt vt vivāt sine alimēto Itaq̨ diversitates alimētoꝝ: diversas faciūt aīaliuꝫ vitas nā feraꝝ quidē alie gregales sunt alie solivage vt hoc vł illo mō illis conducit ad victum quoniam alie vivis animalibus: alie fructibus: alie cunctis pascuntur quare ad facultatem victus eaꝝ vitas natura distinxit Cum vero non idem cuiq̨ dulce sit scđm naturam sed aliis alia et illarum que animalia: et illarum que fructus comedunt: vite inter se differunt.

¶ Hoc idem est in hominibus differunt enim eorum vite. nam pigerrimi qui sunt pastoralem vitam sequūtur quoniam a mansuetis animalibus sine labore educatio puenit ociosis. cumq̨ sit necesse mutare locuꝫ animalibus: et ipi cogunt vna sequi. q̄si agriculturā quandā vivam colētes

¶ Alii vero ex preda vivunt et preda quidem alia alii/ceu alii venantes: alii piscantes vt qui paludes et stagna et flumina et mare accolunt alii ab avibus et feris ¶ Sed maxīa ps hoīm a terra vivit et fructib⁹ nō sylvestribus Vite igit̄ ferme tot sunt quot scđm ppriā ꝛ innatā habent operationē

¶ Capite Nono particulatius distinguit modos: quibus homines sibi victum parant.

On per cōmutationē ꝛ cōmertia sibi preparant alimentū pastoralis: agricultura: predatoria: piscatoria: venatoria ¶ Sūt et qui ista miscentes iocunde vivant supplentes deficientē vitā qua defici-

ens est / vt sufficientia adsit / seu quidam pastoralem simul et predatoriam alij agriculturā et venationez. Eodem modo et circa alias / vt indigentia compellit in hunc modū degunt Talis igitur acquisitio ab ipsa natura videtur hominib⁹ data / vt statim post geniturā / sic etiam ad pfectionē deductis. Nam ab ipso generatiōis initio quedā aīalium simul exprimunt tantū alimenti vt sufficiat donec possit sibiipsi acquirere quod generatum est / vt quecunqz ex putredine vel ex ouis gignunt Que vero pariunt viuentia / alimentū habent inseipsis ad natorū educationē vsqz ad tempus quodaz / quod lactis naturā dicim⁹ Quare similiter est genit quoqz existimādum / plantasqz animaliū esse gracia / cetera animalia hoīm causa. mansueta quidē ppter vtilitatem et cibum. fera vero et si non oīa / ac plurima illorum ppter cibū et alia adiuuamēta vt vestis ac cetera instrumenta ex illis fiant Si igitur natura nihil neqz imperfectū faciat / neqz frustra : manifestum est illa oīa hoīm gracia fecisse naturam Quapropter et bellica scōm naturam quodāmodo acquisitiua erit Nā et venatoria pars illius ē qua vti oportet ptra bestias : et cōtra eos hoīes : qui ad parendū nati sunt nec volunt parere vt natura id bellū iustum existat ¶ Vna igit acquiredi species scōm naturā pars est reifamiliaris / quā oportet subesse iam / aut illam parare quo ea subsint / quorum est comparatio rerū in vita necessariarum et vtilium ad societatem ciuitatis et dom⁹ ¶ Et videntur quidem diuicie ex hijs constare Nam sufficientia huius possessionis ad vitaz bonorū : nō infinita est vt Solon carminib⁹ inquit : diuiciarum nullus est finis constitutus hominibus Certe constitut⁹ est : vt in alijs artibus. Nullū em̄ instrumentū cuiusqz artis infinitū est : neqz magnitudine neqz

multitudine. divitie aūt sunt multitudo instrumētoꝝ rei familiaris et reipub

¶ Quod igit̄ sit aliqua acquisitio scd̄m naturā patribusfamilias et gubernatoribus reipublice et propter quam causam: patet.

¶ Ca. x. de pecuniaria: quomodo fuit introducta.

Est aliud gen' acquirēdi qd̄ maxie vocāt et merito vocari debet pecuniariū i q̄ null' finis videt̄ eē divitiaꝝ ac possessiōis. qd̄ esse vnū ꝛ idē cū illo de quo supra diximus/ pleriq; tradiderūt ꝑpter vicinitatē ꝫ neq; ē idē: neq; valde remotū: est. n. alteꝝ illoꝝ ꝫm naturā: alteꝝ nō ꝫm naturā sed magis ꝫm peritiā et artē. de q̄ dicere sic exordiamur ¶ Cuiusq; rei duplex ē vsus vterq; vero ꝫm ipam rē/ ꝫ nō sīr: verū alter pprius alter nō pprius/ ceu calcei quidē est calceatio et vēditio. vterq;. n. vs' calcei ē: nā qui calceū indigenti vendit ꝑ pecunia vel cibo vtit̄ calceo qua calceus est/ sed nō scd̄m proprium vsum Non em̄ cōmutationis gratia est calceus. eodem mō se habet in alijs rebus quas possidem'. ¶ Est em̄ permutatio in omnibus: cepta quidē ab initio ex eo qd̄ est scd̄m naturam q̄ alij plura q̄ opus sit: alij pauciora habeant. Ex quo manifestū est pecuniariā nō esse scd̄m naturā eius que pertinet ad acquirendū Quoad enim ipsi sufficeret necessariū erat permutationē fecisse. ¶ In prima igitur societate id est in domo manifestū est nihil opus esse illius: sed iam in maiore existente societate Alij. n. illoꝝ/ communiter habebāt omīa/ alij separatim: multa rursus alia quoꝝ ꝫm indigentiam necesse erat ꝑmutationē facere quēadmodū adhuc faciunt barbaroꝝ natiōes multe alia ꝑ alijs dantes recipientesq; Inutilia. n. sibi/ ꝑ vtilib' tradūt: vltra em̄ nihil: ceu vinū ꝑ tritico et ceteris talib' ¶ Huiusmodi ergo permutatio neq; ꝑter naturā est neq; ad

amplificationē patrimonij pertinet/cum sit in supplementum indigentie scdm naturā ¶ Ex hac tū/illa pcessit ßm rōem. nam cū remotioribꝰ que rerē auxiliū/importando illa quibꝰ indigebāt/ ꝛ exportādo illa quibus abundabāt/ necessario nūmi introductꝰ ē vsus Nō em̄ faciliter deferri pn̄t singla ad victū necessaria Jtaqꝫ ad pmutatiōes faciendas tale aliqd cōposuerūt/inter se dare et accipere qd vtiliū erās/hrēt vsum pmutandi facilez ad vitā ceu ferrū ꝛ argentū: ꝛ si quid aliud tale. primo simpliciter diffinitū quātitate et pōdere. postmodū vo etiā signo impressuz quo a mensura liberi essent Nā signū positū ē ad quantitatē demonstrandā ¶ Reperto igit nūmo ex necessaria pmutatiōe/alia spēs acquirendi exmersit numularia: primo forsan simpliciter/postea per experientiam artificiosior Vnde ꝛ quō permutando plurimū faciat lucrū Quapropter numularia maxie circa questū pecuniaꝝ vsari videt ꝛ illiꝰ eē opꝰ/posse discernere/vn̄ pueniat multitudo pecuniarū. nūmoꝝ em̄ et diuiciaꝝ effectiua ē Nā ꝛ diuicias plerumqꝫ ponūt eē multitudinē pecunie/ex eo videlicet qꝫ circa illā intendunt pecuniaria ꝛ questuaria ¶ Cōtra vo interdū futile quiddā videt nummus et lex ꝛ ne quicqꝫ ßm naturā Qm̄ mutatē his q vtunt/nullꝰ pcij aut vtilitatis ē ad aliqd necessarioꝝ ¶ Et locuples nūmis penuriaz pacietur necessarij alimēti Atqui absurdū est tales eē diuitias affirmare quaꝝ abundans qs fame perire possit vt de Mida fabulis tradit. Cui ppter insatiabilitatem desiderij/quicqd apponebāt/fiebat aurū ¶ Quāobrem querūt diuicias alias/et aliā acquirēdi rōem Et recte qdē Est em̄ alia acquirēdi rō et diuicie ßm naturā/ et hec quidē reifamiliarꝫ/disciplina illa vo pecuniaria pecuniaꝝ effectiua nō simpliciter ß per ipoꝝ pecuniaꝝ pmutationē Et vi-

derẽ circa nummũ ista versari Nam nũm⁹ primũ ẽ ⁊ vltimũ in ꝯmutatione

❡ Ca. xi. De infinito pecuniarie possessionis desiderio concluden do pecuniariam siue numulariam / quam nõnulli vocitant campso riam / differre ab ea que est acquisitiua rerum et ad vitam necessaria rum et ad ciuilem ac domesticam societatem vtilium.

T infinite sunt huiusmõi diuitie que ab hac rõe rei augende ꝑficiscunt᷑ Vt enĩ medicia sanitatis in infinitũ ẽ Et vnaqueqꝫ ars finis in infinitũ nã ꝓ̃marie volũt illũ efficere Eorũ vero que sunt ad finem: nõ in infinitũ. finis enĩ extremũ oĩb⁹. sic et hui⁹ rõis augende rei nõ ẽ finis termin⁹. finis aũt rõis tales diuitie ⁊ pecuniaꝝ possessio Sꝫ rei familiarꝭ nõ augende rei ẽ finis Nõ enĩ hoc ẽ rei familiarꝭ op⁹ ❡ Qua ꝓpter in hac videt᷑ necessariũ vt sit finis oĩm diuiciaꝝ Sꝫ cõtra video fieri. omes enĩ in infinitũ augẽt q̃ pecunijs studẽt Causa võ hui⁹ illaꝝ ꝓpinquitas. variat᷑ enĩ vs⁹ eiusdẽ / ex̃ns vtriusqꝫ acquisitiõis eiusdẽ enĩ est vsus acquisitio ꝫ nõ ſm idem ac hui⁹ q̃dẽ ali⁹ finis. hui⁹ võ amplificatio. atqꝫ videt᷑ quibusdã hoc ẽẽ rei familiarꝭ op⁹ ⁊ ꝑseuerãt existimãtes oportere aut ꝯseruare aut augere pecuniã in infinitũ ❡ Causa võ ẽ hui⁹ dispositionis studium viuendi ꝫ nõ bñuiuendi. cũ ergo cupiditas in infinitũ extendat᷑ / illa qꝫ que efficiũt infinita cupiũt ❡ Sꝫ q̃ bñuiuere studẽt ad fruitionẽ corporis querũt diuicias / vnde cũ hoc qꝫ in acquisitiõe ꝯsistere videat᷑: oĩs eoꝝ cura circa acquirendũ ẽ ❡ Et altera augendi spẽs hinc ꝓcessit. cum enim fruitio modum excedat: illam adhibent: que huius excessum adimplere possit.

❡ Et si ꝑ has acquirẽdi spẽs nequeãt parare / ꝑ aliã causã efficere conant᷑ vnaquaqꝫ facti potentia nõ ſcdm naturã. Fortitudinis enĩ nõ est pecuniam parare ꝫ fiduciã animi / neqꝫ rei militaris aut medicine: ꝫ hui⁹ quidem victoriã illi⁹ võ sanitatẽ. at illi cũctas ad pecuniã ꝯuertũt. q̃si hic sit finis

Liber Primus.

ad finē vero cuncta opoꝛtet tendere. ¶ De illa igitur acquirendi spetie que necessaria non est: et quenā ea sit et ꝑpter quā cauſaz illa indigem⁹: diximus et de illa que neceſſaria eſt: qm̄ altera ab illa et diſciplina rei familiaris ſcd͡m naturam circa alimentū nec infinita ſicut illa ſed finem habens.

¶ Ca. xij. cuidam queſtiuncule prius poſite reſpondet concludendo differentiam inter diſciplinā rei familiaris et numulariam.

Ex quo patet id quod ab initio dubitabat vtrū gubernatoꝛis domus et ciuitatis ſit acquirere vel nō: ſed opoꝛtet pri⁹ eſſe acquiſitū Sicut em̄ hoīes nō facit reſpub: ꝯ factos a natura ſuſcipiens vtit. Sic ⁊ alimentū opoꝛtet naturā ꝑbere aut terram aut maria aut aliud quiddā. ¶ Sed quemadmodū hec adminiſtranda ſunt ad gubernatoꝛe ꝑtinent domus. Neq; .n. textoꝛie eſt lanas facere ꝯ factis vti: et diſcernere qualis ſit bona et apta et mala et inepta. ¶ Nam dubitaret vtiq; aliquis cur ea diligentia que ad acquirendū ꝑtinet pars rei familiaris ſit: medicina vo non ſit eius ps. At qui ſanā eſſe familiā opoꝛtet queadmodū et victum habere aut aliud quicq; neceſſarioꝝ. ſed cum ſit vt patriſſamilias et gubernatoꝛis de ſalute ꝑuidere: ſic etiam vt nō ſed medici itaq; etiam de pecunijs eſt vt patriſſamilias. eſt etia vt non ſed vt lucro inſeruientis. ¶ Maxie vero (vt pri⁹ dictū eſt) natura opoꝛtet hec exiſtere Nature. n. opus eſt alimentū pꝛebere: cuiq; aūt ex quo generaī alimentū eſt afferendū. Itaq; ſecundū naturam eſt parandi ſtudiū oībus ex fructib⁹ et aīalib⁹. ¶ Cum vero hec ſit duplex vt dixim⁹ et altera pecuniaria et altera diſciplina rei familiaris: et hec quidē neceſſaria et laudabilis. illa vero tranſlaticia et merito impꝛobanda. quia nō ꝯm naturā: ſed ab homib⁹ acquirit: rationabiliter habentur odio numularia qm̄ a nūmo ipſa facit acquiſitionē et nō ad quod inducta

est: cõmutationis .n. causa nũm⁹ induct⁹ fuit. fenus aũt seipm mai⁹ facit vnde et nomẽ venit qm̃ illa q̃ pariuntur silia gignẽtib⁹ sunt / in fenore aũt nũm⁹ nũmũ parit. Itaq3 maxime p̃ter naturã est hic acquirendi modus.

¶ Ca. xiij. enumerat multas acquisitiue species.

Q Voniam vo illa que ad cognitionẽ p̃tinebãt: determinauim⁹ sufficienter: illa q̃ ad vsum p̃tinẽt discutiẽda sunt. Cũcta. n. hec consideratiõnẽ habẽt liberalẽ: experiẽtia vero necessariã ¶ Sunt autẽ circa acquirendũ p̃tes vtiles rerũ ip̃sarũ / que acquirẽde sunt p̃itiã habere / que optimã sint: ⁊ vbi et quomõ, ceu quales equi comparandi sint quales boues aut pecudes. Eodẽ mõ et in aĩalib⁹. Oportet eñ peritũ esse: que istoꝝ potissima: ⁊ vbi ⁊ q̃lia. nã alia alibi potiora gignuntur/ deinde agriculture: eiusq3 sp̃erũ. vt nudi soli et cõsiti et apium et alioꝝ animaliũ: ex quibus sit vtilitas p̃uentura. pp̃rie igit̃ acquisitiõis iste sunt p̃tes et p̃rime Eius vero que p̃ translationẽ dicit̃: potissima pars est mercatura et huius p̃tes tres: nauigatio: deuectio: negociatio. Differunt aũt hec inter se: cũ alia securiora sint: alia fructuosiora. secũda pars est feneratio: tertia mercennaria, et huiusmodi alia vilium artium: alia sine arte solo corpore ministrante est. Est et quarta acquirẽdi sp̃es media inter hanc et p̃mã: h3.n. p̃tem eius que sunt scdm̃ naturam: et p̃tem eius que per translationẽ dicit̃ et est in his oĩbus: que a terra: et ab his q̃ terre sunt non a fructib⁹: sed ab vtilib⁹ ceu sylua cedua: metallica. hec rursus multas cõplectit̃ p̃tes Nam multe sunt metalloꝝ sp̃es. ¶ De singulis hoꝝ in gñe dictũ est. nũc in sp̃e vo de hijs dicere vtile quidẽ foret ad opa cõficiẽda: ß graue nimis in hijs educẽdis p̃sistere Sũt eñ ille artificiosissime ĩ q̃b⁹ minimũ ẽ fortuñe Ille sordidiss

me in quib⁹ maxime inquinatur corp⁹ Ille seruilissime in quibus corporis est vsus plurimū Ille ignobilissime in quib⁹ minimū requiritur virtutis.

¶ Ca. xiiij. Precepta acquisitiue necessaria continet.

Um vo sit a qbusdā de his scriptū vt a Carite Pario z Appollodoro lennio de cultu agrorū tā nudorū ꝙ cōsitorū: z silr ab aliis de aliis. ea qdē ꝯsideret: cui cura ē ꝓcepta ¶ Etiā quedā a frugi patribusfamilias dicta colligere oportet. hec em̄ cuncta vtilia sunt his: que augere patrimoniū curāt Quale ē illud Thalis millesij attributū sibi ꝓpter sapiētiam Cui cū obiiceret philosophie studiū q̄si inutile et infructuosum: prospexisse illū ferunt ꝑ astrologiā oliuarū vbertatē futurā Cūqz coegisset pauxillū pecuniarū hyeme adhuc vigēte emptionē olee fecisse in mileto / z inchio ꝑ puo admodū ꝑcio / vtpote nemine plus offerente: arrasqz dedisse Cum itaqz postea tps venisset: multis subito querentib⁹ vendidisse oleū: quantū ipe volui: ac magnā vim pecuniarū inde superlucratū ostendisse amicis / ꝑfacile eē philosophis ditari si vellent. ſ; hoc nō eē illis cure Thalis igit̄ in hūc modū dicit̄ scientiā suā ostendisse. ¶ Est aūt vniuersalis hic querendi mod⁹ Si quis possit sibi soli / venditionē ꝯparare Quapropter ciuitates quedā in hūcmodū faciūt cū indigēt pecuniis. venditionē em̄ sibi solis reseruāt ¶ In sicilia quidā ferri quicqd erat: ex ferrariis emit / postea vero mercatorib⁹ illuc accedentib⁹ vendebat sol⁹ / nō magnū excessum ꝑcij faciēs. ſ; tn̄ ita vt ꝑ quinquaginta talētis centū cōficeret. hoc itaqz sentiēs dyonosi⁹ pecunias quidē illi nō abstulit ſ; ampli⁹ syracusis morari vetuit ē vt reddit⁹ reperiēs suis rōib⁹ inutiles ¶ Iste vidit aliqd tale quale Thales viderat. vterqz em̄ sibi soli venditionem ꝯparauit. hoc est vtile videre

etiā in repub. Nā civitates pecunijs indigent / et huiusmodi apparatu / quēadmodū dom⁹ / ꝙ magis / quāobrē in rep. quidā huic soli pti intēdūt.

¶ Ca. xv. de duab⁹ reliquis partib⁹ rei domestice. scilicet de Paterna et Coniugali.

Voniam vero tres erant ptes rei domestice vna dominica: de qua sup:a diximus: alia paterna: tertia cōiugalis. nā et vxori preest et filijs / tanꝗ liberis quidē ambobus. Sed nō eodem modo ꝙ vxori quidē civiliter / filijs aūt regie ¶ Masculus eīm ꝗ femina principalior est nisi aliter ɔtra naturā cōsistit: et antiquius et pfectius iuniore ɀ imperfecto ¶ In civilib⁹ igit officijs plerūꝗ cōmutat is qui preest et is qui subest. nam equales esse volūt scd̄m naturā / nec quicꝗ differre. ¶ Attamē cum hic quidē preest / ille vero subest requirit differentiā figuris et sermonibus et honorib⁹ / vt amasis inquit de pedū lotore enimuero mascul⁹ ad feminā semper ita se habet ¶ Filiorū aūt imperiū est regiū quod eīm genuit quodꝗ per amicitiam preest et etatē / id est idem / quod spēs quedā regij imperij Ideo bene Homerus de ioue inquit hominū pater atꝗ deorꝫ sic appellans omniū regem. Natura eīm excellere regē oportet / genere aūt esse eundem quod accidit seniori ad iuniorē: et parenti ad natū ¶ Manifestū aūt: ꝙ plus studij domestice discipline est circa homies ꝗ circa possessionē inanimatorū et circa eorū virtutes ꝗ circa virtutes possessionis quas divicias appellamus: circa liberos magis: ꝗ circa servos.

¶ Ca. xvi. tractat et soluit hanc questionē: vtrum subditi debeant habere aliquas virtutes necne.

Dubitaꝛ aūt / vtrū preter ministeria et corpalia opera sit aliqua virt⁹ servi excellentior: puta modestia et fortitudo et iusticia ɀ alij huiusmōi habitus / vel nō sit vlla preter corpotalia ministeria. Ambi

guitatem sane id habet. Nam sine sit aliqua: excellentiores erunt serui quam liberi: siue non est aliqua: cum sint homines rationis participes: absurdum videbitur. ¶ Eadem fere est questio de muliere et puero: vtrum et horum sint virtutes: et oporteat mulierem esse modestam et fortem et iustam: Et an puer sit intemperans modestus aut non. ¶ Et vniuersaliter illud querendum est de natura imperantis et parentis: vtrum eadem virtus an alia. ¶ Si enim oportet vtrosque participes esse virtutis. Cur eadem alter imperare debet alter parere. ¶ Non enim secundum magis et minus possunt differre. Nam imperare et parere spetie differunt: et non secundum magis et minus. Sin vero alium oportet: alium non: admirabile est. Nam si imperans non erit temperans et iustus quomodo bene imperabit: Sin is / cui imperabitur: quomodo bene parebit: Intemperatus enim et timidus nihil faciet: vt oportet.

¶ Constat igitur oportere vtrosque habere virtutem. Sed in ipsa virtute esse differentiam: quemadmodum in his que natura obediunt id aperte in animo inspicitur. Est enim in animo quod natura imperat: et quod paret: quorum diuersam censemus esse virtutem vt rationem habentis: irrationalis. Patet eodem modo se habere in alijs. Itaque pleraque sunt natura imperantia et parentia Alio enim modo liber preest seruo: et masculus preest femine et vir puero. et omnibus insunt partes anime sed differunt. Seruus enim omnino non habet deliberandi arbitrium.

¶ Mulier vero habet quidem: sed inualidum. puer autem habet sed imperfectum. Eodem modo se habere necesse circa morales virtutes.

¶ Putandum est omnes participes esse oportere: sed non eodem modo.

Sed quantum cuique opus est Ex quo fit: vt is qui imperat perfectam: virtutē habere debeat moralē. Nam eius opus est simpliciter precipientis ¶ Ratio autem precipit atque presidet/aliorum vero vnusquisque quantū sibi competit Quare patet virtutem moralem esse omniū supradictorum. ¶ Nec eadem modestia mulieris et viri/neque fortitudo neque iusticia/vt Socrates putabat Sed illa quidem iubens fortitudo/hec vero obediens Eodem modo et in aliis. ¶ Patet autem id magis particulariter considerantibus. Nam qui vniuersaliter dicunt: quod bene se habere animum virtutis est/et recte agere aut alquid tale/seipsos decipiunt Multo enim melius dicunt/qui enumerant virtutes quemadmodum Gorgias: quam qui ita diffiniūt. quapropter oportet sicut poeta de muliere dixit/ita censere: in omnibus mulieri decus affert taciturnitas: sed nō idem viro: cū vero puer sit imperfectus. patet quod virtus huius/nō ipsi ad seipsum est: sed ad perfectum et ducem: similiter et serui ad dominum. Posuimus autem seruum ad necessaria esse vtilem. Itaque patet ipsum virtute indigere parua. et tanta vt neque propter intemperantiam neque propter timiditatem in operibus deficiat

¶ Capi. xvij. Tractat/et soluit hanc similem questionem.

Vtrum artifices et operarij debeant habere aliquam virtutem.

Dubitabit vero aliquis/si verum est quod nunc diximus/vtrū artifices oportet habere virtutem. Nam sepe propter intemperantiam deficiunt in operibus. ¶ Vel hoc longe differt. Nam seruus quidem adheret nobis communione vite Ille autem remotior est. et tantum sibi competit. virtutis quantum seruitutis Vilis enim artifex determinatam habet quandam seruitutem: Et seruus est secundum naturam

sed nemo sutor aut alius opifex. ¶ Patet ergo q̄ huius quidem virtutis causam esse oportet dominum seruo: non eum qui doctrinam habꝫ in operibus dominicā / quapropter non bene dicunt: qui seruos spoliant ratione: dicentes / precepto vti dumtaxat Admonendi sunt enim magis serui q̄ pueri ¶ Et de his in hunc modum determinatum sit.

¶ Ca. xviij. tangit excusationem: cur non facit hic ampliorem mētionē de cōuersatione ꝛ v̄tute viri ad mulierē: ꝛ patris ad filios

De viri autem et mulieris filiorumq̄ꝫ et patris virtute et cōuersatione adinuicem: quid recte vel contra et quomodo oportet hoc quidem facere: ꝛ ab illo autem abstinere: in his que de repub. necesse est intueri ¶ Nam cum omnis domus sit ciuitatis pars: illa autem domus: partis autem virtus ad totū respicere debeat: necessarium est respicientes ad rempu. filios vxoresq̄ꝫ instruere ¶ Siquidem refert ad rectam institutionem reipu. pueros et mulieres esse bene institutas. Enimuero referat necessarium est. Nam mulieres media pars sunt hominum liberorum. ex pueris autem sumuntur qui rempu. gubernant ¶ Quare cum de his determinatum sit: de reliquis autem in alijs sit dicendum / omissis propositis tanq̄ꝫ finē habentibus alio assumpto principio illa discutiamus: que tradita sunt de optimo ciuitatis statu.

¶ Finis primi Libri Politicorum Aristotelis qui est de primis partibus Reipublice et Ciuitatis. Decem et octo capitula continens.

¶ Libro Secundo recitat opiniones antiquorum de Communicatione Ciuili et publica. vigintiduobus capitulis.

¶ Ca. i. materiam suā exponit recitando legē Socratꝭ de cōitate bonoꝝ.

q Voniā ꝓposuim⁹ cōsideratiōnē facere de ciuili societate q̄ sit optima oīm potentib⁹ viuere/maxīe ad votū: oportꝫ ꝙ alias cōsiderare respu. quib⁹ vtunt̄ ciuitates alique eaꝝ: q̄ bn̄ legib⁹ institute vident̄ Et si aliq̄ sint alie ab aliquib⁹ scripte q̄ bn̄ se hr̄ē videāt̄ vt rctā institutō vtilitasq̄ꝫ appeat ¶ Nec putet̄ eē ad ostentationē et supfluitatē q̄rere aliud ꝑter illas: sed q̄ ille nō bn̄ se hn̄t: ideo hūc laborē a nobis eē susceptū ¶ Incipiendū ē āt ab eo qḋ ē ẜm naturā hui⁹ cōsiderationis principiū Necessariū ē quidē aut oīa esse cōia inter ciues aut nulla aut quedā Enīuero nulla esse cōia impossibile ꝯstat esse/cū ciuitas sit cōmunio quedā ¶ Ac primo necesse ē locū eē cōem nā locus paritas est vni⁹ ciuitatꝭ. ciues āt socij vni⁹ ciuitatꝭ ¶ Sꝫ vtrū melius fuerit in bn̄ instituēda repu. quecūq̄ꝫ recipe cōionē pn̄t: ea oīa esse cōia vel quedā cōia eē/quedā nō eē Nā fieri possꝫ vt filij et vxores et res q̄ possidenē cōmunes essent queadmodū ī platonis repu. Ibi eīm socrates inquit optere cōes eē filios et mulieres ⁊ facultates Id vō vtrū ꝯstat ita fieri vt nūc fit: vl̄ ẜm legē illā ī rep. scripta ¶ Cōtinet porro et alias ꝑturbatōes ꝑmultas ista mulieꝝ cōio Et id ꝓpter qḋ cēsuit hāc legē eē ferendā nō videt̄ cōseq̄ ex rōib⁹ Preterea ad finē: quē inq̄t optere ciuitati existere: vt nūc q̄dē dictū est impossibile ¶ Quō āt trāsigere optet: nihil determiatū ē ꝙ vna videlicꝫ sit ciuitas tota tāq̄ꝫ id sit maxīe optimū, suscipit eīm hāc suppōnē socrates

¶ Capite Secundo causam propter quā Socrates dicebat omnia debere esse cōmunia confutat multis rationibus.

a Tqui ꝯstat ꝙ eo ꝓcedēte: vt vna fiat magis: ciuitas nō erit Est eīm ciuitas multitudo quedā ẜm naturā q̄ dū fit vna magꝭ: dom⁹

C

erit ex ciuitate: et homo ex domo. vnā em̄ magis domuz censemus esse ꝗ̄ ciuitatem / ⁊ hominem vnum ꝗ̄ domū. Quare etiā si quispiā possēt hoc facere: tamen non esset faciendum quia perimit ciuitatem ¶ Nec solum ex multitudiue hominum constat ciuitas / verumetiam ex eoꝝ mltitudie / qui specie differunt Nō fit em̄ ciuitas ex similibus. Aliud em̄ federatio ꝗ̄ ciuitas / illa em̄ quantitate prodest / etsi eadem sit specie / cum auxilij gratia fiat ceu si pond⁹ magꝭ attrahat / Differt aūt ⁊ eo mō ciuitas a gēte / qn̄ ꝑ pagos diuisa nō sit mltitudo: Sꝫ queādmodū archades Ex ꝗb⁹ ꝗ̄ vnū fieri oportꝫ spē differūt q̄ ꝓpter par repēsuꝫ ciuitatē cōseruat: vt in ethicis dictū ē pri⁹ qm̄ inter liberos ⁊ eq̄les necessariū ē hoc eē ¶ Nā oēs sil̄ magistratuꝫ gerere impossibile ē: ꝗ̄ aut ꝑ annū aut ꝑ aliā ꝓ̄finitionē ⁊ tps Atqꝫ isto mō fit / vt oēs gerāt magistratuꝫ Ceu si mutarent̄ sutores ⁊ fabri: nec sꝑ idē fabri ⁊ sutores essent Cū vo meli⁹ sit ita se hrē / etiā circa societatem ciuilē / manifestū ē qꝛ meli⁹ foret: si idē sꝑ magistratuꝫ gererent: mō id fieri possꝫ Sꝫ in quib⁹ nequit hoc fieri: ꝓpterea ꝙ omnes natā sunt pares simul ē ⁊ iustū siue bonū: siue prauū ē gerere magistratuꝫ: vt oēs huiusmōi muneris ꝑticipes fiāt / et in eo imitari vicissim equales cedēdo inuicē alios alijs. Nā alij regūt / alij regūt̄ in parte: tāꝗ̄ si ipi alij fiāt. eodē modo illoꝝ q̄ regūt alij alios gerunt magistrat⁹ Patet igit̄ ex his ꝙ nō recipit̄ sic vnā eē ciuitatē: ⁊ ꝙ maximū fore cōmodū ciuitatib⁹ dicebat̄: id interemit ciuitates Atqui singuloꝝ bonū: singula ꝯseruat ¶ Patet etiā alio mō ꝙ querere nimiū vnire ciuitatē / nō ē meli⁹. Dom⁹ em̄ magis sufficiēs est / ꝗ̄ vnus hō. ciuitas aūt ꝗ̄ dom⁹ et vult ea quidē iā eē ciuitas: cū habet sufficientiā multoꝝ societas Si igit̄ magis expectendū est qđ magis sufficiēti

Sed quadmodū sic archades

Qua propter

Patet

am habet: certe minus vnum eo quod est magis: expetibilius est.

¶ Ca iii. demonstrat tribus rationib9 q̄ scd̄m legē Socratis de communitate bonorum ciuitas non foret perfectissime vna.

quam sepe concitant / cum penas dare nolunt Per quā manifestum est habere eam institutionē aliquid reipublice sed non esse rempublicā at potentatum magis Consueuerunt autē concitata plebe et amicis ad vnius arbitrium rem conferre sedicionesq; et prelia inter se miscere Atuero id quid differt ab eo / quod tandē ea ciuitas non sit dissoluta ciuili societate: Est autem periculosius hic reipublice status / si qui velint possintq; inuadere Sed (vt supra diximus) seruatur ꝓpter locum qui omnes aduenas excludit itaq; Pergeci manent Cretensibus / verum ilotes persepe a Lacedemoniis defecere Non enim erat in Creta potentia vlla externa: sed nuperrime bellum peregrinum irrupit in eam insulam: quod patefecit imbecillitatem legum suarum. ¶ De hac igitur republica hec dixisse sufficiat.

¶ Capi. xi. De Republica Carthaginensium.

Videtur autem Carthaginensiū respublica bene constituta multaq; habere preter alias: quedam vero maxime similia Lacedemoniis Tres enī iste respubli. quodā modo inter se ꝓxime sunt / multūq; distant ab aliis Cretica dico et Laconica et Carthaginēsis multaq; in eis ꝓuisa sunt recte Signū est reipublice bene institute ꝙ ppłus ī suo ꝑmanet loco: neq; sedicionem vllam (vt ita dixerim) vnq̄ fecit neq; tyrannū Cōtinet similia aut Lacedemoniorū reipublice Cōmessatiōes quidē sodaliciorū phidiciis. centū aūt et quatuor virorū potestas Ephoris ꝑterq; ꝙ nō deterior: Nā illi ex cōtingentib9 sunt hanc autē potestatem suscipiunt optimates Imperator vero et senat9 cōueniūt Lacedemoniorū regib9 et senib9 Melius autē ꝙ imperatorē non scd'm gen9 neq; ex vili aut ꝓcellenti magis eligunt q̄ s̄m virtutē. Nam qui magnā habent potestatē: si ipsi nullius

precij sint multum nocent: nocuerunt quoque iam lacedemoniorum ciuitati. Plurima igitur reprensorum propter transgressionem cōmunia sunt omnibus antedictis. ¶ Sed quantum ad intentionem optimatum attinet et reipublice quedam ad popularez statum magis declinant: quedam ad paucorum potentiam. Nam referendi quidem ad populū aut non referendi aliqua imperatores vna cum senatu domini sunt: si omnes concordent. Si non concordent: dominus ipsorum populus est. Quecunque retulerint magistratus de his non approbandi modo illorum sentētias potestas permissa est populo. Verumetiam pro arbitrio constituendi prouidendique et cuiuis contradicere relatis eorum licet: quod non est in alijs rebuspub. Quinque / viratum vero qui multarum ac magnarum rerum potestatem habet / ab illis eligi et centumuiratum hos eligere: qui est maximus magistratus Et hos plurimo tempore quam alios imperiū retinere Nā et pfuncti magistratu imperant et designati ad magistratuz ad paucorū potentiā spectat Esse aūt sine mercede et sine sortione optimatū est ponendum et si quid aliquid tale Judicia quoque omia a cunctis magistratibus indicari et non ab alijs alia vt apud lacedemonios ¶ Transgreditur aūt maxime ab optimatibus ad paucorū potentiā institutio: Carthaginensiū in eo quod etiam multi comprobant. Non solum eīn optimos verumetiam ditissimos censent in magistratibus esse ponēdos: quasi impossibile sit qui egenus existat eum bene magistratū gerere aut quietē optare Si igitur sumere ditē paucorū potentie est. p virtutē aūt optimatū Jsta quidē esset species tertia per quā cōstituta est apud Carthaginēses respub Creant eīn magistratus ad hec duo respicientes et presertim maximos vt imperatores et

pretores. Putandū em̄ est huiuscemodi excessum ab optimatib⁹ eē errorem legis conditoris: quē ab initio ꝓuidisse valde necessarium fuit vt optimi valerent quietem agere nec quicꝗ̄ indecoꝝ facere: nō solū in magistratu sed etiā in vita priuata Q; si inspicere oportet ad opes gratia quietis: prauū ē maxīos magistrat⁹ esse venales imperium ꝛ preturā Hec em̄ lex ꝑciosas magis facit diuitias ꝙ̄ virtutes. ac ciuitatē totam ad studium pecuniarū cōuertit. Nā quicquid apud ciuitatē principes habeť in precio: necessariū est et alioꝝ ciuiū opinionē subsequi Ubi aūt non maxime honorať virtus ibi nō est possibile firmū optimoꝝ esse in repub. statū. Assuescere vero ad lucra rationabile est qn̄ per largitionem adipiscimur dignitates Absurduz est em̄ si pauper quidem aliquis verū bone mentis lucrari velit: improbior aūt nō velit: cū sumpt⁹ fecerit Quocirca oportet eos qui pn̄t optime gerere magistratū assumere Probabiliusqꝫ fuit si auctor legis opulentiā prestantiū viroꝝ abiecisset/ac eoꝝ q̄ in magistratu forent quieti: ꝓspexisset

¶ Prauū etiam videri pt plures mgrāt⁹ ab vno hoīe geri qd in honore est apud Carthaginenses Unicū em̄ ab vno optime perficitur opus Hoc aūt vt fieret/prouidendū fuit a legumlatore: necqꝫ cogendū eundē tibicinez eē atqꝫ sutorem Quare vbi nō parua est ciuitas: mag⁹ ciuile ē vt plures sint participes magistratuū magisqꝫ populare cōmuni⁹ em̄ (vt dixim⁹) ꝛ melius singula conficiuntur atqꝫ celerius Patet aūt hoc in bellicis reb⁹ et nauticis In his em̄ ambob⁹ per omēs (vt ita dixerim) transit imperare ꝛ parere Sꝫ cum ad paucorum potentiā vergat respub eoꝝ/optime illud effugiunt: vt semꝑ aliqua plebis pars ditetur ad oppida mittentes/ꝑ hoc illi arbitranť ac certe efficiūt statū ciuitatis ꝑmanere Sed hoc ē fortune opus

Oportebat vero non per fortunam sed per legislatorem id fieri Nunc autē si diversa fortuna incidat et plebs a gubernatorib⁹ secedat: nullū est remedium legis ad quietem adhibitum ¶ Lacedemoniorū igitur et Cretensiū Carthaginensiumq; respublice in hunc modum se habent.

¶ Capi. xxij. De rebuspublicis a quibusdam alijs institutis et de legibus earum.

e Orum autem qui de republica aliquid tradiderunt! quidā nūq̄ versati sunt in gubernatione civitatis! sed in privata vita ocio si vixerunt De quibus siquid dignum relatu fuit! supra diximus. quidam legūlatores fuerunt gubernaverūtq; vel in ꝓprijs civitatib⁹ vel in alienis Et horum quidā solummō legum auctores fuere: quidam etiā reipublice constituende veluti Licurgus et Solon Hij enī leges et res publicas condidere Licurgus quidem lacedemonijs vt dictum est Solon autē Atheniensibus Existimant quidam Solonem legumlatorem fuisse preclarum. Nam et paucorum potentiā sustulisse que nimis intemperans erat et plebem a servitute liberasse ac statum popularem in patria constituisse optimeq; rempublicā temperasse Nā esse consiliū ariopagi paucorum gubernacionis. delectus vero magistratuū optimatiū! iudicia vero populare. Sz videtur Solon illa duo cum essent prius! non sustulisse/ consiliū ariopagi et magistratuū delect⁹ ac populū asseruisse iudicijs ex omib⁹ cōstitutis. Quapropter quidā illi succensent ꝙ alterū dissolverit! cū auctoritatē omnem ad iudiciū traduxerit quod ꝑ sorticionē est Nā cū hoc invaluit/tanq̄ tyranno gratificantes ꝑplo in eū qui nūc est! popularē statū rempublicā redegerunt: et cōsiliū ariopagi ephialtes inhibuit! et pericles Judicibus vero salaria pericles induxit Ac per hunc modū vnusquisq; eorū qui apud

plebem posse voluerunt populi vim augere pseuerarunt: donec in istam que nunc est licenciā puenit ¶ Apparet autē hoc non tam Solonis volun=tate q̄ casu euenisse. Nauali em̄ potentia aduersus medos victor populus maiora de se sapere cepit. Et accesserunt patroni sediciosi cōtra bonos et honestos ciues: qui rempublicā gubernabant: cū videat quidē solon eam que maxime necessaria fuit potestatem populo tradidisse: vt magistratus crearet: et malefacta corrigeret. Nisi em̄ popul⁹ hanc habeat potestatem seruus erit et inimicus. At magistrat⁹ oēs constituit ex nobilib⁹ et locuple=tibus ex censu q̄ngentorū medimnorū et iugarijs tertiū ex equitib⁹: quar=tū ex opificibus sordidis: quibus nullū magistratus assequendi ius erat.

¶ Fuerunt autē legum positores Zaleucus apud locros occidentales: et Corandas cataniensis ciuib⁹ suis ceterisq̄ ciuitatibus calcidicis q̄ sunt circa Italiam et Siciliā ¶ Tentāt vero quidā inducere quasi Onomacrit⁹ fuerit primus legum ferendarū peritus: hunc vero exercitatū in creta cum esset locrus prefectū autē per artem diuinationis eius familiarē fuisse tha=letem. thaletis autem auditores fuisse lycurgum et charondā. Sed qui ista dicunt: tempora non supputant ¶ Fuit etiam philolaus corinthius legūlator thebanis. Erat autē philolaus ex familia bachiadū. Amicus vero dioclis: qui olympia vicit. Sed vbi ille ciuitatem deseruit commotus ob amorem matris alcyone thebas migrauit: atq̄ ibi ambo defuncti sunt Monstranturq̄ etiam nunc illorum sepulchra spectantia quidem sese ve=rum ita constituta vt ex dioclis quidem sepulchro non sit prospectus in corinthium agrum ob animi infensionem. ex philolai autem sit prospectus Habitarunt igitur ob huiusmodi causam apud thebanos Legesq̄ illis Phi

lolaus descripsit et de aliis quibusdam: et de sobole procreanda: quas illi leges proletarias appellant. Et hoc est precipue ab illo prouisum vt numerus hereditatum: conseruetur. Charonde autem nihil est proprium nisi iudicia falsorum testium. Primus enim de his legem posuit diligentia Et claritate etiam elegantior quam hi qui nunc sunt legum conditores. philolai proprium est patrimoniorum disparitas. Platonis autem mulierum et natorum et patrimoniorum communitas et comessationes feminarum. Et preterea lex circa ebrietatem: vt reges conuiuiorum sobrii sint: et in rebus bellicis exercitatio et per quam amphidexteri fiant: cum oporteat non alteram manum vtilem: alteram inutilem habere. Draconis quoque leges sunt: sed iam constituta repu. leges tulit. proprium autem draconis est nihil quod sit memoria dignum nisi rigiditas ob magnitudinem penarum. fuit quoque Pictacus legum conditor. sed non in republica versatus lex est propria illius / ebrios si quem pulsauerint maiori pena damnari quam si sobrii fecissent. quia enim plures delinquunt ebrii quam sobrii. non ad id respexit: quod est ebriis venia: sed ad vtilitatem. Fuit etiam Androdamus reginus legum conditor chalcidensibus qui sunt in Tracia de homicidio et de hereditatibus. Nihil tamen huius proprium referre quis potest ¶ De his ergo rebuspublicis que principales sunt: et de his que sunt ab aliquibus scripte in hunc modum cognouisse sufficiat.

Liber Tertius

Continet distinctionem et numerum Rerumpublicarum Et specialiter agit de regno viginti septem capitulis.

¶ Capitulo primo Ostendit quis sit Ciuis et ciuitas. Et quod secundum aliam et aliam rempublicam alius sit et alius ciuis.

Liber Tertiꝰ Politico. Aristoso. xxx

Ui de re publica cõsiderat que sit vnaqueqꝫ et qualis: fere prima illi cõsideratio occurrit videre quid sit ciuitas Nã ea nõnũqꝫ in cõtrouersiã venit / cũ alij dicãt a ciuitate factũ / alij nõ a ciuitate sed a potẽtibꝰ quibusdã vel a tyrãno Gubernatoris aũt reipub. ac legũ positoris totũ negotiũ versari videmꝰ circa ciuitatẽ Est aũt respublica eoꝝ q̃ in ciuitate degunt institutio. Cũ vero sit ciuitas ꝯpositũ quiddam / quẽadmodũ alia tota ex pluribꝰ ꝑtibꝰ ꝯsistentia / manifestũ ẽ primo de ciue eẽ ꝑquirendũ Nã ciuitas ẽ ciuiũ multitudo quedaꝫ Quare et quẽ oportet ciuẽ vocari et qui sit ciuis ẽ cõsiderãdũ Nã et de ciue sepe ꝯtendit / nec eundẽ omẽs fatent̃ ꝙ esse ciuẽ / et qui in ꝑplari statu ciuis ẽ : ꝑsepe in paucoꝝ gubernatione nõ erit ciuis Eos igit̃ qui alio quodãmõ appellationẽ sortiunt̃ ceu eos qui ciuitate donati sunt / omittamꝰ. Nec habitatio ciuẽ facit. Nã isto mõ ministri qui circa nos habitãt / ꝛ serui ciues eẽnt Nec rursus qui fori ac iudicij ius hñt Nã hoc erit etiã illis qui simul ꝯtrahũt cũ ꝑ ꝯtractũ forũ sortiãtur. quanqꝫ multis in locis peregrini ne id quidẽ ꝑfecte habeãt / ꝫ necesse est vt patronũ accipiãt. ex q̃ fit vt impfecte quodãmõ sint fori iudicioꝝqꝫ participes Sꝫ vt pueri nõdũ etate ꝑfecti ꝛ senes ob etatẽ a muneribꝰ publicis vacantes nõ simpliciter ciues dicendi ꝫ quodã mõ ciues At nos querimus eũ qui simpliciter ciuis dicat̃ / nec habeat aliquã adiunctionẽ que restringat et corrigat: cũ de infamibus et exulibꝰ eodẽ mõ (vt supra dubitari et responderi ꝑt. ¶ Ciuis simpliciter nulla alia re diffinit̃ magꝭ q̃ participatione potestatis publice iudicandi et discernendi Potestates aũt alie sunt determinate ꝫm tps ita vt nõ liceat interdũ nisi semel eandẽ hrẽ aut ꝑ alia

temporis spacia Alie sunt indeterminate ceu illius qui in concione deliberat et decernit. quanqꝫ fortasse diceret aliquis tales nō eē in ptāte cōstitutos Atqui ridiculū foret! qui de maximis reb⁹ deliberāt et decernūt! eos potestatē dicere nō hrē Sꝫ nihil refert! cū de noīe sit questio Est em̄ absqꝫ noīe publica potestas iudicātis decernētisqꝫ in contione. ꝑ sit diffinitionis grā indeterminata potestas Ponim⁹ āt eos eē cives! qui hui⁹ potestatis vna cū aliis participes sunt Maxie igit̄ ꝓprie civis sup oēs / qui cives dicunt̄! fere talis ē ¶ Nec latere nos debet q̄ in reb⁹ quarū subiecta differūt specie! et aliud eoꝝ est primū! aliō scōm! aliud cōsequēs! aut omino nihil est quo talia cōmunie! aut vix Respub. āt videm⁹! specie differre! ꝛ alias eē posteriores! alias eē priores Que em̄ aberrauerūt ac plapse sunt! necesse est! vt posteriores sint integris et incorruptis. quō āt dicam⁹ eas labi! postea patebit. quare civē qꝫ eē aliū atqꝫ aliū necesse ē scōm differentiā rerumpubli. Itaqꝫ ille de quo diximus in pplari quidē statu maxie ē civis In aliis vero specieb⁹ eē quidē pt! nō tñ necesse est In quibusdā civitatib⁹ neqꝫ ppl's est neqꝫ contionis vsus ꝑ senatū hūt et iudicia Alii alia exercent vt apud Lacedemonios de cōtractib⁹ cognoscāt hi qui Ephori nūcupant̄ De cede āt senat⁹. et forsan alii de aliis ius dicūt Eodemqꝫ mō apud Carthaginēses de omib⁹ quidē causis magistrat⁹ quidē cognoscūt Sꝫ recipit correctionē quandā diffinitio civis Q; in aliis rebuspub. nō ē indeterminata illa potestas que in contione decernit et iudicat ꝑ determinata ꝑm iurisdictionē Horū em̄ aut oīb⁹ aut quibusdā cōcessū ē et deliberare! aut iudicare vel de omib⁹ aut de quibusdā Quis igit̄ sit civis! ex his patet Cui em̄ habilitas est participandi potestatē publice deliberative aut iudicarie! hunc civem

esse dicimus eius ciuitatis Ciuitatem vero talium multitudinem / que ipsa per se sufficiens sit / vt simpliciter dixerim / ad viuendum.

¶ Capite secundo Reprobat vnum modum diffiniendi et accipiendi ciuem circa hoc tractando aliqua dubia.

Onsueuerunt autem dicere eum esse ciuem: qui ex duobus ciuibus ortus sit / et non ex altero soluz ceu ex patre et matre. Alij vero magis vltra requirunt / ceu auos et proauos et tritauos vel plures His itaqz diffinitis ciuiliter succicte dubitāt quidam tertius ille aut quartus quomodo erit ciuis. Gorgias quidem leontinus partim dubitans fortasse partim ludens inquit quemadmodū mortaria sunt illa que a factoribus mortarioꝝ fiūt / sic larisseos eē qui ab artificibus eoꝝ fiūt Esse nāqz aliquos larisseoꝝ factores Est aūt simplex Si eñ pticiparēt administratōe reipublice ƀm determinationē iam dictā essent vtiqz ciues Etem̄ neqz possibile ē ꝯguere diffinitionē illā primis conditoribus aut habitatoribꝰ vt ex patre matreqz ciuibꝰ sint exorti ¶ Sed forsan magꝭ de eo dubitari potest / cū facta mutatiōe recipiunt q̄dā ad cōmunionē reipublice Queadmodū athenis fecit Calistenes pꝰ tyrānoꝝ electionē Cōplures eñ i tribꝰ ɔ̄scripsit pegrinos ⁊ seruos ⁊ ininq̄linos / de q̄bꝰ dubitari pt nō q̄ ciuis ƀ an iuste vł iiuste ¶ Atqui ⁊ de eo insup q̄s dubitabit / an si nō iuste ciuis ne ciuis sit q̄i idē valeat iniustꝰ ⁊ falsus ¶ Sȝ cū videāꝰ q̄sdā iniuste se in mgr̄atibꝰ gerere quos tn̄ mgr̄atꝰ eē dicimꝰ ƀ nequaq̄ iuste Ciuis āt ptāte q̄dā diffinitus sit Nā q̄ particeps ē talis ptāťꝭ / est ciuis vt diximꝰ Patet ꝙ hos q̄z ciues dicendū ē ¶ Juste āt vł iniuste ptinet ad primā illā questionē / in qua querit̄ nūquid a ciuitate factū sit / vł nō a ciuitate ceu cū ex potētia paucoꝝ vel ex tyrānide ad pplārē statū fit mutatio Tūc eñ neqz mutuatā pecuniā solue

re quidam volunt q̄ nō ciuitas eam susceperit / sed tyrannus. nec alia huiusmodi permulta q̄ respublica vi atq; victoria constet non publica vtilitate Si igitur per hunc modum quedam in populari statu fiunt / esse similiter dicendū est hui⁹ ciuitatis acta et paucorum potentie et tyrannidis.

¶ Ca. tertio Ostendit quō ciuitas dicit̄ eadem vel non eadem.

Idetur aūt ꝑprius hui⁹ questionis locus. quō aliquando dicamus ciuitatē esse eandem aut nō eādem ꝫ aliā ¶ Potissime igit̄ inuestigatio hui⁹ dubitationis ē circa locū et hoīes Fieri eñ p̄t vt separent̄ loc⁹ ⁊ hoīes ⁊ alios alibi habitare Sꝫ hec leuis ē dubitatio Nā cū multipliciter dicat̄ ciuitas / ꝑfacilis ē hmōi q̄stio ¶ Silr̄ q̄ꝫ eoꝝ qui eūdē inhabitant locū / quoad dicendū sit vnā eē ciuitatē Nō eñ menib⁹ hoc diffinit̄ licꝫ eñ peloponesum totā vnius menib⁹ circundari Talis fortasse ē Babilon que capta cū eēt ab hostib⁹ / ferūt partē aliquā ei⁹ ciuitatis tertia die nondū aliqd sensisse Similiter et quecūq; alia magis habet circūscriptionē gentis q̄ꝫ ciuitat̄ Sꝫ hui⁹ questiōis alio loco vtilis erit ꝯsideratio Nā de magnitudine ciuitat̄ / et q̄ꝫtam eē vtile sit: ⁊ vtrū vnā vel plures / latere non debet ¶ At manētib⁹ eisdē habitatorib⁹ eodem loco / vtrū quoad sit idem gen⁹ habitantiū eandem esse ciuitatem dicendū est. quāuis semꝑ alij intereant alij oriant̄. vt et flumina solem⁹ eadē dicere et fontes eosdē q̄uis sp̄ vnda noua superueniat ac defluat ¶ Vel hoīes dicendum est eosdem esse / propter eandem causam / sed ciuitatem aliam Nam si ciuitas est societas quedā societas autem ciuium (variata reipublice gubernande forma) et alia effecta / necessarium vtiq; videretur ciuitatem quoq; non eandem permanere Vt et choꝝ aliū esse dicim⁹ dū tragic⁹ est q̄ꝫ dū comic⁹ / ⁊ si ijdem sint hoīes

Eodemq; item modo omnem aliam societatem et compositionem si speci es alia fiat / ceu harmoniā earundem vocum aliam esse dicemus / et mo do doricam / modo phrygiam vocitamus. id si ita est patet ꝙ maxime di cendum est eandem ciuitatem ad rempublicam respicientes / nomine aut vocari alio / aut eodem . licet eisdem habitantibus eandem vel alijs peni tus hominibus Utrum autem iustum sit reddere pecuniaz mutuo sump tam mutata reipub. gubernāde specie / vel non iustum / alia est disputatio

¶ Capite quarto soluit hanc questionem vtrum eadem sit virtus boni viri et boni ciuis / vel non eadem .

Is vero que nunc dicta sunt / consequens est videre : vtrum ea dem sit virtus boni viri et boni ciuis vel nō eadem Atqui si hoc est perquirendum prius de virtute ciuis sub compendio dicere oportet

¶ Ut igitur nauta vnus aliquis est eorum qui sunt in cōmuni societate / ita et ciuem dicim⁹ Nautarū vero quanq̃ dissimiles sint scd̄m potentiaz / (nā alter est remex / alter gubernator alter proram dirigēs / alter alteram huius appellationē habens) patet quod expressissim⁹ vniuscuiusq; sermo ꝓprius erit illi⁹ v̄tutis . similiter āt et cōmunis quidā ꝯuenit oīb⁹ Sal⁹ eīn et ꝯseruatio nauigantiū cōmune ē oīm op⁹ At hoc eīn vnusquisq; eorū intēdit Sic igič et ciuib⁹ licet dissimiles sint / opus ē cōseruatio cōmunis societatꝭ. societas vero est respublica ¶ Siquidē igič plures sunt rerū pub. species / patet nō esse recipiēdū / vt studiosi ciuis vna sit virt⁹ / eaq; ꝑfecta At viri boni ꝑfecta ē virt⁹ Q; igič fieri possit / vt ciuis studiosus nō possi deat v̄tutē illā ꝑ quā d̄r vir bon⁹ manifestū ē ¶ Quietiā ꝛ alio mō inquirē cib⁹ deuenire licz ad eandē rōez circa optimā rempub. Nā impossibile est ex oīb⁹ studiosis eē ciuitatē ꝛ oportz singłos op⁹ suū bn̄facere hoc aūt a v̄tute

sit vero impossibile similes esse cives oēs / nequaq̄ vna esset virtus civis et viri boni Nam virtutem studiosi civis omnibus esse oportet Sic em̄ optima foret vtiq̄ civitas At viri boni virtutē impossibile ē omib⁹ esse nisi necessariū sit in studiosa civitate cives om̄es esse viros bonos ¶ Preterea cū ex dissimilib⁹ ↄstet civitas vt anial ex ania ꝛ corpe. aīa vo ipa ex rōne ꝛ appetitu. et dom⁹ ex viro et vxore. et acquisitio ex dn̄o et servo / eodē mō civitas ex his oib⁹ / ac p̄terea ex alijs dissimilib⁹ ↄstet spēb⁹ / necesse ē nō vnā eē civiū oīm virtutē / quēadmodū neq̄ chorꝫ agentiū supremi et assistentis Q; igit̄ nō eadē simpliciter ex his patꝫ ¶ Sꝫ an erit alicui⁹ eadē virt⁹ civis studiosi et viri boni Dicim⁹ vtiq̄ studiosū in mḡrātu bonū eē atq̄ prudētem. civilem āt hoīem necessariū est esse prudentē Et statim eē aliā disciplinam presidentis aiunt quidam vt patet in regum filijs qui ad equestrem bellicamq̄ disciplinam in adolescentia erudiunt̄ vt Euripides inquit. nō mihi speciosa / sed quorum civitas indiget tanq̄ sit presidentis disciplina quedam. si autem est eadem virtus regentis boni ac viri boni Civis aūt ē et qui regitur / nō eadē virtus simpliciter esset civis et viri ꝗ tamē cuiusdaꝫ civis Non em̄ eadem virtus est regentis ꝛ civis. Et ob hoc forsan Jason inquit graviter ferre / nō regnaret / quia nesciret privatus esse.

¶ Capite. v. Subdit aliā questionē declarativā ꝑoris vtrū impans ꝛ parēs debeant habere eandē virtutē scientiam vel prudentiam.

Ed nihilominus laudandum est posse imperare et parere / ac p̄clari civis virtus est posse preesse et subesse laudabiliter Si ergo virtutem boni viri posuimus presidentem. civis autem vtramq̄. non vtiq̄ forent ambe similiter laude digne. Cum ergo aliqn̄ videatur vtraq̄ sed non eadem eum qui imperat et eū qui paret addiscere debere Civem au

rem vtraq3 scire et participare amborum! quid sequatur! deprehēdere q̄s
p̄t ¶ Est enī p̄sidētia dn̄atiua. hāc v̄o in his q̄ necessaria vocant̄. scire fa
cere nequaq̄ necessariū ē ei! qui p̄sidet! ꝭ vti magis. alterū v̄o seruile est.
Dico āt alterū posse exhibere eadē ministeria Seruoꝝ āt spēs plures! cum
sint ministeria plura quoꝝ partē vnā obtinēt manuales. hi sunt! vt nomē
significat! qui ex manib⁹ viuūt in quib⁹ sunt opifices Quapropter apud
quosdā antiquitus hm̄oi hoīes excludebant̄ a reipub. honorib⁹ anteq̄ po
pul⁹ extrem⁹ fieret. hec igit̄ opificia hoīm q̄ ita subsunt! neq3 rectorē disce
re oportet! neq3 eū qui in repub. versat̄: neq3 bonū ciuē! nisi fortasse qn̄q3
sui ip̄i⁹ priuatim grā Nō enī ampli⁹ ꝯtingeret eē alterū dn̄m! alterū seruū
¶ Sz ē p̄sidētia quedā ꝑ quā preest simılib⁹ genere et liberꝭ homib⁹ Et hāc
dicimus ciuilē p̄sidentiā quam eū qui preest didicisse parendo oportet. ceu
prefectū equitū esse! cū ip̄e pri⁹ sub alio fuerit. ꝛ exercitū ducere! cū ip̄e pri⁹
in exercitu ꝑ inferiores militie grad⁹ duct⁹ sit Quo̅brem recte dicit̄ nemi-
nē bene impare posse! q̇ nō ip̄e pri⁹ sub impio fuerit ¶ Sed hoꝝ diuersa ē v
tus Et oportet bonū ciuem scire ac posse preesse et subesse. Et hec est vir-
tus ciuis! scire recte se hr̄ē in vtraq3 parte / et boni viri vtraq3 quanq̄ alia
species est ei⁹ prudētie ac iusticie q̄ preest. nā ei⁹ q̄ subest ac liber sit nō vna
ꝓfecto virtus est vt puta iusticia alias spēs hr̄ēt cū p̄est! alias cū sub esset
Quēadmodū viri et mulieris alia tꝑantia et fortitudo. nam videret̄ vtiq3
timid⁹ esse vir! si ita fortis eēt vt femina fortis et mulier inhonesta videret̄
si sic honesta foret vt vir honest⁹ Administratio q̄3 dom⁹ alia mulierꝭ alia
viri Nam viri ē acquirere / mulierꝭ seruare Prudētia v̄o ꝓpria virt⁹ est pre
sidentis Nā cetere quidē v̄tutes vident̄ cōes tam eoꝝ q̄ presunt! q̄3 eoꝝ qui

subsunt At prudētia nō est virt⁹ ei⁹ qui subsit ꝟ opinio vera Qui em̄ subest vt is qui fistulā facit: qui vero preest vt qui vtit̄ fistula. Vtrū igit̄ eadem sit virt⁹ viri boni ꝛ ciuis studiosi: vel alie ꝛ quō eadē ꝛ quō alia ex his patꝫ

❡ Capite vi. Circa diffinitionē ciuis prius positā soluit hanc dubitationem. vtrum opifices et mercenarij sint ciues nuncupandi

Estat adhuc vna dubitatio circa ciuem. Vtrū reuera ciuis sit is cui: solū participatio est publice potestatis: vt opifices etiā ac mercenarij sint ciues nuncupandi: Nā si ponam⁹ hos q̄ꝫ esse ciues qui magistratuū sint expertes / nequaq̄ꝫ possibile est vniuscuiusq̄ꝫ ciuis talem esse virtutē Si vero null⁹ hoꝝ est ciuis: in qua pte sunt hmōi hoies reponendi: Neq̄ꝫ em̄ in eoꝝ ministerioꝝ loco q̄ nobiscū habitāt neq̄ꝫ rursus vt peregrini ❡ Vt ꝟm hāc rōem nihil dicem⁹ euenire absurdū Neq̄ꝫ em̄ serui supradictoꝝ quicq̄ꝫ: neq̄ꝫ liberti Illud aūt veꝝ q̄ nō oēs illi dicēdi sūt ciues sine quib⁹ ciuitas eē nō pt: cū neq̄ꝫ pueri ita ciues sūt vt viri: ꝟ hi quidē simpliciter. hi vō ex suppositiōe Ciues em̄ sūt ꝟ imperfecti Vetustis quidē tpib⁹ apō quosdā opifices erāt serui aut pegrini Qua ppter etiā nūc pleriq̄ꝫ tales sunt Optima quidē ciuitas nūq̄ꝫ opificē facit ciuē: q̄ si hi ciues: ciuis āt virt⁹ ē quā diximus: dicendū ē nō cuiusq̄ꝫ ciuis: neq̄ꝫ liberi mō sed eoꝝ quia ministerijs necessarijs sūt alieni Necessaria vero qui vni ministrat: seru⁹ est. qui āt publice viles et sordidi Patebit aūt hoc paulo adhuc ꝯsideranti bus queadmodū in his res se habeat. hoc em̄ qō dixim⁹: illud ostendit. cū em̄ plures sint rerumpublicaꝝ spēs. plures q̄ꝫ spēs ciuiū sint necesse est Ac maxīe eoꝝ ciuiū qui subsunt. itaq̄ꝫ in quadā republica opifices ꝛ sordidi ciues erūt In q̄busdā vō impossibile ē vt citi⁹ sint puta in optimatū gubernatiōe si qua illa ē in qua ꝟm vtutē dant̄ honores ꝛ ꝟm dignitatē Neq̄ꝫ em̄

vtutē exercere pt q̄ vilib⁹ officijs occupat⁹ ē In paucoꝝ q̄ꝫ gubernatōe te-nues hoīes ad rēpublicā nō recipiunt Ex magno em̄ censu ad honores rei pub. peuenit Artifices tn̄ ad hāc spēm reipub. pueniſſe pn̄t et ſi sordidi ſūt qm̄ plerūqꝫ diuitijs abundāt Apō thebanos lex fuit vt nemo abilis eēt ad honores reipub. suscipiendos niſi p decē annos a mercatura destitiſſet In mult̄ āt rebuſpu. attrahunt̄ etiā ad ciuitatē pegrini Eſt etiā lex ī quibuſ-dā ciuitatib⁹ vt sat̄ ſit ex matre ciue eē genitū Et spurios quidē recipiunt Atq̄ ppt̄ defectū legitimoꝝ ciuiū tales faciūt ciues Paucitate em̄ hoīm in-ducti his vtūt̄ legib⁹ Q; ſi abūdēt ī mltitudīe paulatim excludūt. pmo li-bertini generꝫ hoīes. deinde eos q̄ ex matre solūmō ciues sūt Nec niſi ex v-troqꝫ pnt: natos ciues eē p ciuib⁹ hn̄t. q̄ igit̄ pl̄es ſint spēs ciuis ex his patꝫ ¶ Et q̄ maxie dr̄ ciuis ille q̄ abilis ſit ad honores suscipiēdos vt Homer⁹ inq̄t. ß vbi id occultū ē ex deceptiōe habitatoꝝ tanq̄ꝫ inhonoratū quendaꝫ repticiū repellūt vt inquilin⁹. ē em̄ ⁊ aduena q̄ honores cape nō pt ¶ Vtꝝ igit̄ alia an eadē virt⁹ ſit p quā ē vir bon⁹ et ciuis studioſ⁹ patet ex supra-dict̄ q̄ cuiusdā ciuitatis ideꝫ. Cuiusdā vō ali⁹ et ille nō oīs ß qui p̄eſt rei-publice ⁊ potestatē habet aut solus aut cū alijs gubernationem exercens.

¶ Ca. vij. Oſtendit rerumpublicaꝝ quaſdā fore rectas cōmuni vtilitati intendentes et quaſdam eſſe trangreſſiones et labes.


Is itaqꝫ determiat̄ vidēdū ē iā vtꝝ vna ſit reſp. an pl̄es ⁊ ſi pl̄es que ⁊ q̄t ⁊ quenā drn̄e eaꝝ ſint ¶ Eſt āt reſpu. ordiatio ciuitat̄ ⁊ circa mgr̄āt⁹ alios ⁊ maxie circa id qd̄ ſūmā ī ciuitate habeat auctoritatem ⁊ ſit principaliſſimū Pricipaliſſimū āt ē id qd̄ vbiqꝫ gubernat ⁊ regit ciui-tatē ceu in populari quidē pplus In paucoꝝ vero potentia pauci dicimus autem et reſpublicas alias eſſe ab iſtis Eodemqꝫ modo dicimus de alijs

Liber Tertius

Supponendũ est prius ! cui⁹ grã ciuitas sit ꝯstituta ! et quot sint gubernã
di spẽs circa hoĩem et circa societatẽ vite In supioribꝰ libris vbi de guber=
natiõe rei domestice ac de dño et de seruo determinauim⁹ ! dictũ ẽ / natã eẽ
hoĩem ciuile animal sociabile Ex quo fit vt etiam si nihil indigeãt ! mutuo
auxilio nihilomin⁹ affectẽt vite societatẽ quinetiã et cõmunis vtilitas cõ
iungit eos ! inquantũ ꝯfert singulis partẽ bene viuendi Maxie igit̃ hic est
finis ! et publice oĩbꝰ et priuatim Cõgregant̃ etiã ipius vite grã Forsan
quidẽ inest sibi aliqua particula honesti Et ꝯtinet ciuilẽ societatẽ etiam vi
uendi grã solũ ! si nõ molestie in vita exuperent Patet ãt ꝙ tolerant hoĩes
multa asꝑrima ꝓpter viuendi cupiditatẽ ! vt existẽte in eo quadã natura=
li dulcedĩe ¶ Atqui ⁊ mõs imperij facile ẽ diuidere ! cũ sepe sit ḋ his a nob
in externis sermonibus determinatuȝ Dñatio eñ licet vtilis reuera existat
natura seruo et natura dño : nihilomin⁹ impat ꝑ dñi vtilitate . ꝑ vtilita
te ãt serui ꝯtingenter . neqȝ eñ fieri p̃t ! vt seruo deficiẽte seruet̃ dominatio
¶ Filioꝝ vero imperiũ et vxoris et dom⁹ toti⁹ ! quã vocam⁹ rei familiaris
gubernationẽ : aut grã ẽ eoꝝ qui gubernant̃ : aut grã alicui⁹ ! qḋ sit vtrisqȝ
cõmune Grã eoꝝ qui gubernant̃ vt videm⁹ et alias artes ceu medicinaȝ et
gymnasticã illoꝝ quibꝰ impat̃ ! vtilitatẽ querere . cõtingenter tñ et eoꝝ qui
ꝑcipiũt ! esse potest Nihil quippe vetat magistrũ ipm gymnasij eẽ vnũ eo
rũ qui exercent̃ . queadmodũ gubernator sꝑ ẽ vn⁹ ex his qui sunt in naui.
Magister igit̃ gymnasij ⁊ gubernator ꝯsiderãt sꝑ eoꝝ vtilitatẽ quos guber
nant ſȝ qñqȝ eoꝝ vn⁹ ipe ẽ ꝑ accidẽs . ipe qȝ suscipit vtilitatẽ hic quidẽ nau=
ta . hic ãt vn⁹ eoꝝ qui gymnasio exercẽt ¶ Qua ꝓpter ciuilia qȝ impia cuȝ
sint scḋm equalitatẽ ciuiũ ꝯstituta ⁊ scḋm paritatẽ vicissim exeunt ! ea ge

rere primum que natura fert censentes inuicem munera subire: et conside-
rare vicissim quoddam illius bonum / quemadmodum ille prius conside-
rauit vtilitatem suam. Nunc autem ratione commodorum ex reipublice
gubernatione prouenientium volunt continuo in potestate esse veluti si
semper contingeret magistratum gerentibus ex mala valitudine sanos fie
ri Nam forsan ipos magistratus amplecteretur ¶ Constat igitur que
cunqz respublice ad communem vtilitatem intendunt / he recte sunt scdm
simpliciter iustum. quecunqz vero ad propriam eorum qui presunt vtilita
tem solum / aberrant quidem / suntqz omnes rectarum rerumpublicarum
transgressiones et labes. gubernantur enim quasi a dominis Ciuitas est
autem liberorum societas.

¶ Capite octauo Enumerat tres species rerumpublicaꝝ rectarum Regi-
am potestatem Optimatum gubernationem / et Rempublicam Et tres
species transgressionū Tyrannidez / Paucorum potētiā et popularē statū
Ubi nota pro intelligentia antique trāslationis et noue ab Leo-
nardo Aretino edite / ꝙ omnis respublica vel ciuitas
regitur vno homine scdm virtutē principante. et vocatur in vtraqz trans
latione regnum / regalis vel regia potestas / Vel gubernatur vno principe
per potentiam guberuante ad commodum proprium omnia ordinante et
fere vbiqz appellatur tyrannis. Vtraqz tamen regia ꝛ tyrannica potestas
tum Monarchie / tum vnius gubernationis nomine comprehenditur.
Deinde si paucis hominibus regatur ciuilis societas scdm virtutem agen
tibus in antiqua traductione Aristocracia Jn noua / nunc optimas / nūc
optimatum siue optimorum gubernatio seu optimatium respublica dicit
Vel paucis fit gubernatio per potentiam imperantibus. Et in antiqua
translatione Olygarchia. in noua vero nunc paucorum potentium gu-
bernatio. nunc paucorum siue diuitum potentia nuncupatur. Preterea
si fiat reipublice administratio / multitudine gubernante scdm virtutem
et tunc in alia translatione Tymocratia / vel Policia. Jn hac vero noua
reipublice nomen sibi vendicat: et appellatur respublica. Vel multitudi-
ne fit gubernatio per potentiā administrante: et in antiquis libris dici-
tur Democratia greca vocabula vsurpantibus. sed in nostris (dicam) la
tinioribus voluminibus nunc Plebei⁹ siue popularis status / nunc plebis
et inopum gubernatio dicitur Que ferme oīa (vt longe inquisitiōis la-
bor absit) patebunt / hoc presens octauum capitulum in vtraqz transla-
tione lectitantibus.



Is determinatꝭ cōsequēs est respublicas cōsiderare! quot sunt et que Et pmo quidē eas que sunt recte! nā labes earū ex illis patescunt Cū vero gubernatio ciuitatꝭ et regimen idem significet Regimen āt ē potestas et arbitriū ciuitatꝭ! necesse ē potestatē et arbitriū hmōi ciuitatis aut penes vnū eē aut penes paucos! aut penes multos Qn̄ igit̄ vnus vel pauci vel multi cōem vtilitatē in gubernatione sequn̄t! has esse rectas rerumpublicarū spēs necesse est Qn̄ āt ad ꝓpriā vtilitatē vel vni9 vel paucoꝝ vel multitudinis gubernat! trāsgressiōes sūt ꝛ labes Aut em̄ dicēdū ē nō eē ciues! aut ad participationē vtilitatꝭ sūt recipiēdi ¶ Vocare āt cōsueuim9 (cū vn9 ad vtilitatē cōem respiciēs gubernat) regiā potestatē Cū vo pauci gubernant! plures tn̄ vno optimatiū gubernationē: vel ex eo! q2

optimi presunt. vel ex eo / q̄ optimū publicū administrāt Cū aūt multitu
do gubernat ad cōmunem vtilitatem vocatur cōmuni nomine respublica
Contingit autem rationabiliter Vnum em̄ excellere scd̄m virtutem / aut
paucos datur. vt vero multitudo excellat ad omnem virtutē difficile est /
sed maxime ad bellicā Hec em̄ in multitudine fit Quare in hac reipublice
specie principalissimum et potentissimum est id in quo robur belli consi=
stit: et in his ipsis illi qui sunt in possessione armoꝝ ¶ Labunt̄ vero ⁊ trās
grediuntur huiusmodi species. ex regia quidē gubernatiōe in tyrannidem
ex optimatibꝰ vero in paucoꝝ potentiā / ex republica āt in popularē statū
Tyrannidem em̄ esse dicimꝰ dominatū vniꝰ ad ꝓpriū cōmodū intendētis
Paucoꝝ aūt potentiā / eū ad opulentoꝝ cōmodū gubernat̄ Ppl'arē āt statū
cum ad cōmodum egentoꝝ Haꝝ em̄ nulla ad ꝯmunem vtilitatem respicit.

¶ Capite nono Tractat dubitationem declarando predicta et ostendendo differentiam inter paucorum potentiam et popularem statum Nam alibi opulenti / alibi inopes rempulicam tenent atq̄ gubernant.

Portet aūt paulo vberius explicare / que sit vnaqueq̄ istaꝝ. hn̄t
em̄ dubitatōes quasdā Philosophāt̄ em̄ circa singl'oꝝ discipli
nā / ⁊ nō solū ad agēdū respicient̄ ꝓpriū ē / nihil negligere neq̄ ꝑtermitte
re ꝟ demōstrare in singl'is veritatē ¶ Tyrannidē eē dicimꝰ vniꝰ dn̄ationem
ciuili societate presidentis. Paucorum potentiam qn̄ rempublicā tenent
opulenti et diuites Popularē vo gubernationē cū tenues hoīes ⁊ nō possi=
dētes diuitias gubernāt ¶ Prima igit̄ dubitatio circa diffinitōem. nā si
pl'es sint opulēti et diuites ac rempub. tenēt / ac ppl'ar̄ gubernatio sit cū
multitudo regit. eodēq̄ mō sicubi ꝯtingat inopes eē pauciores q̄ opulēt̄
ꝟ potētiores rempub. teneāt. ⁊ vbi pauci rempub. obtinēt paucoꝝ poten=

tiam nuncupam⁹. nõ recte viderent̃ iste diffinitiões esse posite ¶ Enimuero si q̃s adiũgens opulentie quidẽ paucitatẽ / inopie vero multitudinẽ / sic appellet reipublice spẽs vt dicat paucoꝝ potentiã eẽ in qua gubernationẽ reipublice hñt opulenti numero pauci. ꝑplarem vͦ in q̃ inopes rempublicã tenẽt multi existentes aliã hab; dubitationẽ Quas em̃ dicem⁹ eas respublicas in quib⁹ plures opulenti / ꝛ in quib⁹ pauciores inopes gubernant ꝫ ſ q̃dẽ nlle sunt alie respublice p̃t supradictas ¶ Videt̃ igit̃ ratio ista ostẽdere ꝙ paucos esse vel multos q̃ gubernãt / ꝯtingens ẽ / aliud paucoꝝ potentie / alterũ ꝑplari. ꝑpterea ꝙ vbiqꝫ accidit / vt pauci sunt opulenti / multi vͦ inopes Ex quo fit vt hmõi cause nõ faciãt differentiã / ſ in eo differat popularꝭ gubernatio a paucoꝝ potẽtia ꝙ alibi opulẽti / alibi ĩopes rempublicã obtinẽt Necessariũqꝫ ẽ vbicũqꝫ ꝑ opes ac diuicias p̃sunt / siue hi / pauciores sint siue pꝉes hanc eẽ spẽm illã que vocat̃ paucoꝝ potentia Vbicũqꝫ inopes hãc esse ꝑplarem gubernationẽ Sꝫ accidit (vt dixim⁹) hos quidẽ paucos esse / illos vero multos Opib⁹ em̃ ac diuicijs pauci abundãt. libertatis tñ oẽs participes sunt: ꝑpter q̃s causas ꝯtendũt vtiqꝫ de republica.

¶ Ca. x Ostendit quale sit iustũ in paucoꝝ potentia ꝛ ꝑplari gubernatione Nã ibi scd̃m quid et non simpliciter leges sunt iuste.

Vmendũ ẽ pri⁹ / q uos terminos eẽ dicũt paucoꝝ potẽtie et ꝑplaris gubernatiõis et q̃d sit iustũ in vtraqꝫ oẽs em̃ attingũt iustũ quoddã / ſ vsqꝫ ad aliquid / ꝛ aiũt nõ om̃e iustum ꝓprie puta videt̃ equalitas iustũ quiddã esse / et est / ſ nõ om̃ib⁹ / at equalib⁹ et inequalitas iustum videt̃ esse / et est quidem: sed non omnibus at inequalibus. Alij vero hoc auferũt ꝑsonis: et male iudicant. Causa vero est: quia de seipsis iudiciũ fit. q̃ vͦ de seipsis iudicãt vt plurimũ nõ recti sunt iudices Itaqꝫ cũ iustũ

aliquibus et divisum sit eodem modo in rebus et personis: vt diximus in ethicis/qualitatem rei confitentur: sed de personis contendunt maxime: vt dictũ est quia de seipsis non recte iudicãt ¶ Deinde quia vsq3 ad aliquid vtriq3 eoꝝ iustum quiddam dicentes putãt se dicere simpliciter iustum. hi enim si in aliquo sint superiores: ceu opibus et divitijs alios omino putãt esse impares. hi vero si in aliquo sint pares: puta libertate/ omnino putãt esse pares ¶ Ceterũ qd est pricipalissimũ: nõ dicũt Si em possessionũ gratia societatem inissent: tantum caperent civitatis: quantũ possessionis Itaq3 ratio illa valeret (que est paucoꝝ potẽtiũ) qui aiunt nõ ee iustũ vt qui vnũ contulit: tantũ recipiat de centũ mnis: q̃tum his qui contulit oĩe reliquum: neq3 eoꝝ que ab initio neq3 eoꝝ que postea superveniant.

¶ Capite. xi. Declarat ad quem finem sit instituta civitas.

Vod si nõ vivendi solũ gratia: sed magis bñ vivendi Nã sic servorum ꝛ alioꝝ animaliũ civitas esse posset. qd nõ est ex eo q̃ felicitatis nõ sunt capacia: neq3 vivẽdi scđm electionẽ Neq3 societatis grã bellice: ne a quoq3 iniuria afficiant neq3 ꝑpter comercia: ac mutuã vtilitatem Nam sic Hetrusci et Carthaginenses: et oĩes hi quib9 est comertiũ invicem tanq̃ cives essent vnius civitatis. Sunt nempe illis federa circa res importãdas et pacta: ne iniuria afficiãtur Et scripture circa mutuã societatem Sz neq3 magistrat9 cõmunes his deputati sunt: verũ alij apd alios Neq3 equales esse oportet: alteri de alteris cogitant. Neq3 vt nemo eorum iniustus sit: qui sub federe ꝯprehendunt: neq3 vt pravitatẽ nullam habeãt ꝫ solũ vt nõ invicẽ iniuria se afficiãt At em de ṽtute ac vicio publice cogitãt quicũq3 curã hñt bene instituẽdi civitatez Ex quo manifestũ est

de virtute curam esse habendam ei/ que reuera ciuitas sit nominanda non rationis gratia Nā fit cōmunicatio societas aliorꝫ ad bellū loco solū differēs ab illis socijs longe existentibus / ⁊ lex pactio (vt ait Licophron sophista) fideiussor inuicem iustoruz / sed nō talis vt bonus et iustos ciues efficiat Et ꝙ ita se habeat / patet . nam si quis cōiungat loco in vnū / vt Megarensium et Corinthiorum ciuitates sese inuicem contingāt menib⁹ / nihilomin⁹ vna nō erit ciuitas Nec si simul cōiugia ineant / quanꝗ̄ hoc vnū sit de his cōmunionibus / que proprie sunt ciuitatum . Eodemqꝫ modo si qui habitent separati quidem / nō tamen ita longe vt nequeant simul cōmunicare / legesqꝫ habeāt iniuriā sibi inuicē in comercijs ꝓhibētes / ceu si vn⁹ faber / alter agricola alter sutor / alter aliq̄s hmōi foret / essentqꝫ hi decem milia numero / nec alia eius foret cōmunio / nisi taliū rex puta cōtractuū et cōfederationū Nec sic quidē ciuitas adhuc foret propter quā tandē vtiqꝫ causam nō eñ quia nō propinqua sit cōmunicatio . nam si in vnum cōuenirēt ita cōmunicantes vnusquisqꝫ tamē vtaꝛ propria domo / vt ciuitate ac sibijpis / vt ꝯfederati auxiliū ferāt ꝯtra iniuriantes solū ne sic quidē ciuitas esse videreꝛ recte cōsiderantib⁹ / si quidem eodem mō ꝯuersarenꝛ simul coniunctim et sepatim . ¶ Ex quo patet ꝙ ciuitas nō est cōmunicatio loci / et nō iniuriandi sibijpis ⁊ comercij grā ß ista quidē vt assint / necessariū ē . siquidē futura sit ciuitas nec tametsi ista adsunt oīa / ciuitas adhuc erit At bene viuendi societas ⁊ domib⁹ ⁊ generib⁹ vite ꝑfecte grā et ꝑ se sufficienꝛ . hoc tñ nō erit nisi vno eodēqꝫ loco habitātib⁹ ⁊ ꝯiugia siꝉ ineunti- b⁹ ꝓpter qꝫ ꝓpinq̄tates in ciuitatib⁹ extiterūt / ⁊ sodalicia et sacra ⁊ ꝯuersatiōes familiarꝫ idqꝫ ē amicitie op⁹ Nā simul viuendi electio amicitia est

¶ Finis est igitur civitatis bene vivere. illa vo grã finis Civitas ãt ẽ generꝝ pagorũqꝫ societas vite pfecte ac p se sufficientis. hoc ẽ (vt diximꝰ) bñ beateqꝫ vivere Bene igitꝰ agendi gratia ponendũ est esse civilẽ societatẽ nõ aũt gratia simul vivendi Quapropter quicũqꝫ plus ꝯferunt ad huiusmodi societatem! his plus iuris ꝯpetit in civitate! ꝙ his qui libertate ac etiã genere pares sunt vꝉ maiores! sed civili virtute sunt impares! et ꝙ his q̃ divitijs superant sed virtute superantur ¶ Quod igitur oẽs qui de republica contendũt partem aliquam iusti dicũt manifestũ est ex supradictis.

¶ Capite duodecimo Movet dubitationem! quid oporteat dominari in civitate Quam solvit capite quartodecimo.

Est autem dubitatio! quid oporteat dominans esse in civitate nũquid ppłm? an eos qui divitias hñt! an bonos et equos! vꝉ vnũ qui sit optimꝰ oĩm! vel tyrannũ? Verũ hec oĩa videntꝰ hr̃e difficultatẽ quid enĩ inopes q: plures sint! patientꝰ ea que sunt opulentoꝝ. hoc nõ iniustũ. decreverũt enĩ qui potestatẽ hñt. Iniuria igitꝰ summa que tandem dicẽda ẽ? Rursusqꝫ oĩbꝰ acceptꝰ si plures ea sibi tribuãt! que sunt paucoꝝ ꝯstat ꝙ civitatẽ corrũpũt Atqui virtus nũꝙ corrũpit id qđ eã hꝫ! neqꝫ iustum civitatꝰ corruptiuũ ẽ Ex quo patet legẽ istã nõ posse iustã esse Preterea illa qꝫ que facta fuerint a tyrãno! necessariũ foret iusta eẽ oĩa Vim enĩ affert ꝓpter potẽtiã queadmodũ mꝉtitudo divitibꝰ Sꝫ an paucos ⁊ opulẽtos iustũ ẽ dñarꝰ. an ergo si et illi agãt hoc! ⁊ rapias exerceãt! auferãtqꝫ multitudinis bona! hoc erit iustũ! et cetera ergo! hec igitꝰ oĩa ꝯstat esse prava Verũ bonos ⁊ equos dominari oportet! auctoritatẽqꝫ habere oĩm! ergo alij oẽs cũ mgrãtꝰ nõ capiat ĩhonorati manebũt Nã honores quidẽ mgrãtꝰ ꝑtãtesqꝫ appellamꝰ. quos si boni sꝑ habeãt! necessariũ est alios ex

cludi ab honorib' reipublice Sz nunquid vn' qui sit optimus dñari debz? An em̄ hoc etiā grauius ē qm̄ plures erūt ab honorib' exclusi? Sz forsan dicet aliqs / legem dominari debere / nō āt hominē / in quē cadunt animi perturbationes Si igit̄ sit lex quidem / sed vel ad paucorum potentiam vel ad multitudinis fauorē declinans / quid tandē refert / in his de quib' dubitatū ē. eueniet em̄ eadē que supradicta sunt De his igit̄ sit ali' quidā sermo.

¶ Capite terciodecimo Dissoluit hanc questionem / vtrum sit bonum totam multitudinem habere electionem et correctionem magistratuum et principum. Et simul ostendit quis dominari debeat in ciuitate.

Quod autem magis penes multos debeat esse potestas / q̄ penes paucos licet optimos / videt̄ solui posse et quandā hr̄e dubietatem imo forte veritatē Nā si plures sint quoꝝ vnusquisq̄ nō sit studiosus / tū fieri potest vt in vnū cōuenientes om̄es meliores sint / q̄ illi / nō vt singuli sed vt omnes quēadmodū cena / in qua plures conferunt / q̄ ea que ex vnius erogatione fit Nā cū plures sint / vnusquisq̄ partem habet virtutis ac prudentie / ac fiunt in vnū collati quasi homo vn' / qui multos pedes habeat multasq̄ manus / multosq̄ sensus Et eodem modo circa mores ⁊ intelligentiam. quapropter melius iudicant multi / et in musica ⁊ in poetarum operibus Alij enim aliud / et cuncti cuncta discernūt. Sed in hoc differunt studiosi viri ab vnoquoq̄ aliorum ex multitudine / quemadmodum decoros a nō decoris aiunt Et picta artificiose a veris / eo q̄ seorsum distincta in vnum colligantur (cum si separatio fiat) pulchrius se habebit huius quidē picti ocul' / alteri' vero cuiusdā alia pticula Si igit̄ de omni pplo omniq̄ mltitudine recipit̄ hāc esse differentiā mltitudinis ad paucos studiosos / incertū est. immo forsan certū q̄ de quibusdam est impossibile.

Nam eadem ratio de bestijs esset / quanq̃ quid differt quidẽ (vt ita dixerim) a bestijs ꝭ de aliqua multitudĩe nihil vetat eẽ verũ Quapropter dubitationẽ illã pmã p ista soluere q̃s pt. ac silr aliã subsequentẽ quoꝝ oportet ptãtem hrẽ liberos hoĩes ac multitudinem ciuiũ / quales sunt quicunq̃ neq̃ opes hñt neq̃ vtutꝭ existimationẽ Etem̃ pmittere istis magnos magistrat⁹ nequaq̃ est tutũ pter iniusticiã et ignorãtiaȝ p quas quibusdam iniuriantꝭ / in quibusdã errarẽt Rurs⁹ vo excludere illos penit⁹ ab honoribus periculosum eẽt. cũ em̃ multitudo inopũ est in ciuitate / eadẽq̃ ab honorib⁹ exclsa / necesse ẽ eã ciuitatẽ plenã eẽ hostiũ reipublice Restat igitꝭ vt ad ↄsulendũ et decernendũ isti recipiantꝭ Quapropter et Solon et alij quidam eoꝝ q̃ leges condidere / huiuscemodi hoĩes ad repetendas gestoꝝ rõẽs et ad suffragia electionesq̃ magistratuũ admittũt Solis ãt vt magistrat⁹ pmittantꝭ / nequaq̃ pmittũt Dũ em̃ cũ alijs vna decernãt atq̃ ↄsultãt / capiunt oẽs simul sufficientem sensum / et pmixti meliorib⁹ ↄsunt reipublice Quemadmodum non purum alimentum vna cum puro totum facit vtilius q̃ paucum. separatim vero vtriq̃ imperfecti sunt ad iudicandum.

¶ Capite quartodecimo Tractat hãc questionem. vtrum prestabilius sit multitudinem dominari / vel per paucos optimos.

Ed habȝ dubitationeȝ hmõi ordinatio reipublice Primũ q: videtꝭ eiusdẽ eẽ hoĩs scire iudicare q̃s medelaȝ recte attulit / q̃ ipe sciat / etiã mederi ac sanitatẽ egrotantib⁹ afferre Hic ãt ẽ medic⁹. Eodẽq̃ mõ de alijs facultatib⁹ et artib⁹ Vt em̃ medicũ rõem sue medele apd alios medicos reddere oportȝ / ita et alios apud similes Medic⁹ ãt ẽ et ille q̃ agit et ille qui ꝑcipit / et ostendit. et tertio loco ille q̃ a puericia expert⁹ est circa artem Sũt em̃ quidã tales in cũctis (vt ita dixerim) artib⁹. tribuim⁹ em̃

iudicium nō minus expertis q̄ scientib⁹ Deinde ⁊ circa electionem eodem se videtur modo habere Nam recte eligere scientis est opus ceu geometram in geometria: et gubernatorem in navigatione Etenī si in quibusdā operib⁹ et artibus cōcurrūt aliꝗ quidā ignorātes nō tn̄ melius iudicant: q̄ scientes Itaqꝫ scḋm hanc rōem auctoritas multitudini danda nō esset: neqꝫ in electionib⁹ magistratuū: neqꝫ in rationib⁹ administratoꝝ reposcendis At tn̄ forsan nō hec oīa benedicunt et ꝑpter superiorē sermonē Si sit multitudo non nimis seruilis. Erit enim vnusquisqꝫ deterior iudex: q̄ hi qui sciunt verūtamem simul omnes vel melius iudicabūt vel nō deterius Et de quibusdam quidē non solū is qui fecerit recte iudicat: et qui habet artē / puta domū nō solū is intelligit et iudicat/ qui fecit sed meli⁹ is/ qui vtitur Vtitur aūt paterfamilias. et temone gubernator/ nō faber. et epulis conuiua nō cocus. hoc igitur dubium per hunc modum videtur sufficienter solui.

¶ Est et alia dubitatio cū hac annexa quia inconueniens videtur vt deteriores qui sunt maiorum rerū habeant potestatē/ q̄ probi Rationes vero administratoꝝ a magistratib⁹ reposcere: et magistrat⁹ ipsos diligere maximū est. que duo in quibusdā ciuitatib⁹ a populo fiūt. Contio enī taliū omniū domina est Atqui contionis quidē participes sunt/ et deliberant/ et decernūt exigui sensus homines et cuiusqꝫ etatis. questurā vero ⁊ preturā et maiores magistrat⁹ suscipiūt ex censu magno atqꝫ etate ¶ Questio ista potest eodem modo solui Nā forsan id se recte habet Neqꝫ enim iudex neqꝫ consultor/ neqꝫ is qui in concione extitit dominat/ ſꝫ iudiciū et senatus et populus Illoꝝ vero vnusquisqꝫ particula est istoꝝ. dico autem particulam esse cōsultorem et concionatorē et iudicem Itaqꝫ iuste domina maio-

rum est multitudo Ex multis em̄ populis ꝯstat / et iuditiū / maiorq̄ sens⁹
vniuersorum q̄ singulorꝝ per se / et q̄ illorꝝ paucorꝝ qui magnos suscipiunt
mgrāt⁹ Hec igitr̄ in hūc modū determinata sunt. ¶ Prima vo illa questio
manifestū facit nihil adeo / vt leges recte positas debere dn̄ari Jllū āt qui
reipublice preest siue vnus hic sit siue plures / in his potestatem hrē debere /
in quibus daz leges expresse cauere nō pn̄t Ex eo q: nō facile sit generali ser
mone singulos casus cōprehendere Quas tn̄ leges recte positas dicamus /
nōdū apparet ꝟ adhuc supest anterior dubitatio Atqui tales eē leges / q̄les
sunt respublice necessariū ē prauas vl̄ studiosas iustas vl̄ iniustas Et hoc
vnum manifestum oportere ad speciem reipublice leges esse accōmodatas
Q; si ita sit / patz q̄ leges illas q̄ ad rectas gubernationes date sunt / ne-
cesse est esse iustas Jllas vero que ad earum labes esse / non iustas.

¶ Capite quintodecimo Jnquirit scd̄m quē excessum boni de-
beat distribui magistratus / reprobando vnam opinionem.

Cūcta em̄ idem valent Et ne latēt conari quecūq̧ q̄s dixerit aut fecerit s̄ eē exploratores / quēadmodū Syracusis hi q̄ deductores nūcupant et auricularij / q̄s submittebat Hieron / vbicūq̧ foret ꝯgregatio aliqua vel ꝯuersatio Min⁹ em̄ audēt q̄ talia formidāt . et si audēt / min⁹ latere pn̄t Calumniari q̧ꝫ inuicē ⁊ collidere amicos / et cū amicis / ⁊ plebē cū nobilitate / et diuites inter se ip̄os et subditos ad paupertatē redigere / vt neq̧ sumpt⁹ fiat in custodia ⁊ illi quotidianis molestijs occupati vacare nō possint ad ꝯsilia ꝯtra tyrānos ineunda Exemplum hui⁹ sunt piramides egypti / et donaria Cipselidaꝝ et olimpi edificatio a Pisistratidis facta ⁊ Policratis op̄a circa Samū. Hec em̄ oīa fuerūt instituta ad ociū ⁊ quietē p̄pl'oꝝ tollendā / ⁊ ad inducendā paup̄tatē p̄ tributoꝝ pensionē vt etiā Syracusis factum est Dionysio em̄ eā ciuitatē tenēte / ꝯtigit Syracusanos in quinq̧ annoꝝ tp̄e cūctas facultates suas ī soluēdis tributꝭ ꝯsumpsisse Studꝫ etiā bellū ꝯcitare tyrann⁹ vt negocijs occupent̄ ciues / ⁊ indigētia duct̄ ꝯtinuo detineant̄.

¶ Capite vigesimo septimo Subdit alias tyrannidis cautelas per comparationem ad vltimam popularem gubernationem.

Et regnū q̇dē p̄ amicos seruat̄ Tyrāni āt ē maxie amicꝭ diffidere / q̄i velint oēs / possint āt maxie amici eū subuertere Et q̄ fiūt circa vltimā p̄pl'arē gubernatōem / tyrānica sunt oīa / vt potētia mulierū domi / quo reuelent viroꝝ secreta et manumissio seruoꝝ eadē de causa Nō em̄ insidiant̄ serui et mulieres tyrāno Et si prospere degāt / necesse est beniuolas fore / ⁊ erga tyrānidē ⁊ erga p̄pl'arē statū Nā ⁊ p̄pl's dn̄s esse vult Ex q̄ fit vt adulatores ap̄d vtrosq̧ in honore habeant̄ Est em̄ q̄ p̄pl'm colit ⁊ ducit p̄pl'i adulator Tyrānoꝝ vo q̄ assentando ꝯuersat̄ / qd̄ ē opus adulationis Nā p̄p̄t hoc / p̄p̄t prauos amicos hn̄t tyrāni q̧ adulatōib⁹ gaudēt

Id aũt nemo faceret qui mentẽ hrẽt libero hoĩe dignam Sz amant boni viri / vel nõ adulant̃ vt vtiles praui ad praua. clauꝰ em̃ clauo vt dictat puerbium Nullo quidẽ honesto nulloqꝫ libero delectari tyrannicũ est Si em̃ solum eẽ talẽ putat tyrãnꝰ. qui aũt subditoꝝ vel honestati studẽt vel libertati minuere excellentiã et preeminentiã tyranni vident̃ Oderũt ergo illos tyrãni tanqꝫ euersores ptãtꝭ sue Peregrinos etiã ĩ ꝯuiuia ꝛ familiarẽ vsum magꝭ recipꝫ qꝫ ciues tyrãnoꝝ ẽ qĩ illos q̃dẽ habeãt hostes. hos võ nõ aduersantes Hec ꝛ hmõi a tyrãnis fiũt ꝓ dñatõe retinẽda nec quicqꝫ omittũt prauitatis

¶ Capite vigesimooctauo. Reducit omnia tyrannorum consilia et cautelas ad tres fines; siue ad tres species cautelarum.

Sunt aũt (vt ita dixerim) hec oĩa tribꝰ spẽbꝰ ꝯprehensa Tria em̃ ꝯiectat tyrannꝰ ¶ Vnũ vt amicos imminuat ciuiũ Nemo em̃ pusianimi ꝯtra tyrãnũ insurgit ¶ Scõm qꝫ ciues int̃ se diffidẽtes reddat. Nõ em̃ euertit̃ tyrãnꝰ nisi ciuiũ aliq̃ int̃ se fidẽ habeãt ꝛ bonos viros psequũt̃ q̃i pestiferos ꝛ aduersarios dñatõi sue Nõ solũ q: nõ acquiescũt in seruitute viuere Verũtñ q: fides eis et int̃ se ꝛ ab aliȷ̃s plrima adhibet̃ Neqꝫ accusant alos neqꝫ ipi int̃ se accusant̃ ¶ Tertiũ impotentiã agẽdi Neõ em̃ impossibilia sibi aggredit̃ Itaqꝫ neqꝫ tyrannidẽ tollere / si potẽtia desit Ad q̃s ergo fines referãt̃ tyrãnoꝝ ꝯsilia tres isti sũt Ad has em̃ suppositõẽs tyrãnica redigi pñt vniuersa Partim ne ꝯfidant int̃ se ciues Partim vt potentia eis desit Partim vt pusillanimi efficiant̃ Vnꝰ ergo mõꝰ q̃ vtunt̃ tyrãni / talis ẽ

¶ Ca. xxix. Agit de altero mõ saluationis tyrãnidis ponẽdo cautelas multas et eas quidẽ / que maxie respiciũt sumptꝰ ꝛ pecunias.

Alter võ modꝰ ꝯtrariat̃ istꝭ q̃ dicta sũt / diligẽtiã agit Est aũt deꝓhendere ipm ex regnoꝝ corruptõe Vt em̃ regni modꝰ corruptionis vnꝰ ẽ q̃ gubernatõez ipam regiã magꝭ reduc̃ ad tyrãnicã Ita tyrãni

dis ꝯseruatio est ad regiam gubernatōem magꝭ eā referre vnū solūmō custo
dientē vt potentiā retineat ꝑ quā non mō volētib⁹ verūetiā nolētib⁹ dn̄ari
possit Nā si hāc abijciat silꝭ abijcit ⁊ tyrānū eē Sꝫ hoc tanꝗ̄ suppōem ꝗ̄dā
manere oportet. Cetera vō ꝑtim facere ꝑtim ꝗ̄ optīe simulare vt regia gu
bernatio videaꝭ Primū eīm videri cōim ꝯmodoꝝ curā hr̄e non effundētē lar
gitōes tātas vt ciues moleste ferant. qn̄quidē ab illꝭ capiꝭ oꝑantib⁹ ac labo
rantib⁹ ī sua tenuitate Donāt vō scortꝭ ⁊ ꝑegrinis ⁊ histriōib⁹ effuse rōem
reddentē eoꝝ/q̄ acepit ⁊ expēderit. q̄ʒ iā factū ē a q̄busdā tyrānis Sic enim
administrās non tyrān⁹ videbiꝭ ẞ legitim⁹ gubernator Nec erit ei formidā
dū/ ne qn̄qꝫ sibi desint pecunie cū sit dn̄s ciuitatꝭ/ ẞ dispergentib⁹ tyrānis ex
ꝓpria domo Et ꝓdest hoc magꝭ ꝗ̄ relinq̄re ꝯgregatos. min⁹ eīm custodes
ipi ꝯtra tyrānū insurgerēt Sūt āt formidabiliores absentib⁹ tyrānis/q̄ cu
stodiūt ꝗ̄ ciues Nā illi q̇dē silꝭ absunt/ hi āt manēt Deinde reddit⁹ ⁊ impē=
sas apparere oportꝫ/cū grā diligētꝭ administrationis/ tū etiā vt si qn̄ foret
op⁹ illꝭ vti possit ad belli necessitates oīno qꝫ seipm̄ ꝑbere custodē ⁊ questorē
nō vt suaꝝ pecūiaꝝ ẞ vt cōmuniū ⁊ publicaꝝ Et videri velle nō aspeꝝ ẞ cū
grauitate honestū/ et talem vt eū nō timeant obuij sed magis reuereātur.
Hoc āt nō facile ē eū asseq̄ q̄ foret cōtemnēd⁹ Quaꝓpt op⁹ ē et si nō aliaꝝ
ỽtutum/ ac saltem ciuilis eū curam hr̄e/ ac talē de seipo opinionē afferre.

¶ Ca. xxx. Subdit alias cautelas ꝑsonam tyranni respicientes.

i

Nsuꝑ nō solū ipm̄ videri nllꝭi ꝓtin⁹ ciuiū ꝯtumeliā facere/ẞ etiā ne
minē illorum q̄ circa eū sūt Eodēqꝫ mō se hr̄e mꝭieres suas ꝯ̄ca cete=
ras mꝭieres Nā ⁊ ꝑ ꝯtuēlias mꝭieꝝ ꝑmꝭte iā tyrānides ꝑierūt Et circa vo
luptates corꝑis ꝯtrariū facere/ꝗ̄ nūc faciūt q̇dā tyrāni Nō solū eīm statim

ab aurora id agūt / cōuiuātq; p dies plures / verūetiā apparere volūt alijs q ita faciāt vt tanq̄ felices btōsq; admirent Sz in talib⁹ maxia erit mode ratio adhibenda vł saltē videri illa fugere Nō em̄ faciliter inuadi p̄t nec fa cilit̄ ɔtemni q̄ sobri⁹ sit / s̄ qui ebri⁹ / neq; q̄ vigilet / s̄ q̄ dormiat Cōtrariūq; agendū ē supradictoꝝ fere oīm Corroborāda em̄ et ornāda ciuitas ē ab eo tanq̄ a curatore / ac nō tyranno Videri etiā oportz ip̄m circa religionē de orū affici vehemēter Min⁹ em̄ formidabūt ppl̄i ne q̄d ɔtra iusticiā fiat / s̄ religioni deditū illū existimabūt ac deoꝝ timorē hrē / minusq; ɔtra ip̄m au debūt insurgere: q̄i deos habeat ꝓpitios et fauētes. Verūtamē oportz sine improbitate talē videri / atq; eos viros q̄ aliq̄ in re laudabiliter se gesserint hōrare Ita vt nō existimēt vnq̄ se magꝭ honorari a ciuib⁹ suis in libertate degentib⁹ potuisse Hos āt honores ip̄emet tribuere debet tyrānus Penas vero et aīaduersiones p alios infligere p magistrat⁹ videlicet ac iuditia.

¶ Ca. xxxi. ponit cautelas ɔmunes vni⁹ gubernatiōes / siue regie siue tyannice / adiungendo aliquas tyrānice magis propria s.

Communis vō custodia oīs dn̄ationis vni⁹ ē neminē vnū pre ceteris magnū facere s̄ pl̄es Nā se inuicē custodiēt Q; si quē ex tollere optcat / nō tn̄ eū q̄ sit morib⁹ audax Nā hm̄ōi hoīes aptissimi sūt ad inuadēdū res circa oēs Si vō cui⁹ q̄ potētia minuēda ē / modice ac nō vno sil̄ impetu oīs ptās ē auferenda Insup ab omi ɔtumelia abstinendū preci pue tn̄ a duab⁹ / ne in corp⁹ flagris / ne ve in etatē libidīe insultet Maxieq; id cauēdū in illis hoīb⁹ / q̄ honorē magnifaciūt Nā in pecuniā illatā iniu riam auari hoīes grauiter ferūt In honorē vō illatā ⁊ q̄ boni sint viri / ⁊ q̄ honorē magnifaciūt / ꝓmoleste paciūt. quapropē aut nō hm̄ōi hoīm opa vtendū ē / aut aīaduersiones in illos patrio more ac sine vlla contumelia

sunt faciende In etatem vero ex amore sit ꝯuersatio / nõ ex licentia. deniqꝫ hoc dedecoris impensione maioꝝ honoꝝ est redimendum Eoꝝ vero qui ad vim inferendã ꝯtra corpꝰ tyranni insurgunt illi sunt formidandi et cauẽdi qui ita dispositi sunt vt ampliꝰ viuere non curẽt / cũ occiderint Quapropt̃ maxime cauendũ ẽ ab his qui vel seipos vł eos quos habebant charissimos ꝯtumelia affectos putãt Sine vlla em̃ cura ꝓprie salutꝭ irruũt / q̃ ꝑ indignationẽ ⁊ irã aggrediunẽ / quemadmodum ⁊ Eraclitꝰ inquit durum esse dicens pugnare aduersꝰ iram / vita em̃ id emi ¶ Cũ vo ciuitates ex duabus ꝯsistunt partibꝰ ex inopibꝰ scilicꝫ ⁊ opulentꝫ. maxĩe quidẽ de vtriusqꝫ partꝭ salute cogitandũ ẽ ab eo q̃ gubernat / ⁊ alteros ab alterꝭ nulla iniuria afficꝭ Quicũqꝫ tñ eoꝝ sint potẽtiores / hi p̃cipue sunt a gubernatoꝛe vendicandi ac velut ꝓprie efficiendi Nã si hoc extiterit / neqꝫ seruoꝝ liberationẽ facere ꝯpelleẽ tyrãnꝰ / neqꝫ arma adimere Altera nãqꝫ ꝑs tyrãni potẽtie adiuncta sufficiẽs erit ad supandũ eos / q̃ ꝯtra insurgere vellẽt Supfluũ ãt ꝑticulariter dicere de om̃ibꝰ istis Intentio em̃ manifesta ẽ ꝙ oportet nõ tyannicuꝫ sed tanq̃ patremfamilias et regẽ esse putari ab illis qui sub eo sunt / nec pro se capientẽ ſ ꝓ cõmunis vtilitatis tutela et cura Et mediocritateꝫ in vita sequi nõ excessꝰ Preterea egregios viros ꝑ familiaritatẽ sibi ꝯiũgere Plebẽ vo ac multitudinẽ ꝑ fauorẽ ⁊ grãm in obsequio retinere Ex his em̃ necesse ẽ nõ solũ dñatoꝛeꝫ eiꝰ eẽ pulchrioreẽ ⁊ optabilioreꝫ ex eo q2 melioribꝰ imperet ⁊ nõ abiectꝭ neqꝫ afflictꝭ / neqꝫ ex eo ꝙ ip̃e neqꝫ odio sit / neqꝫ formideẽ / verꝫ etiã ex eo q2 lõgiorẽ ac durabiliorẽ eiꝰ dñatoꝛeꝫ fore cõtingat Insup moribꝰ talẽ eẽ vt vł rctẽ se hẽat ad vtutẽ vł semibonꝰ q̃dã sit ⁊ nõ malꝰ ſ semimalꝰ

¶ Capite tricesimosecundo. Ostendit per multa exempla durationem tyrannidis scd̃m cautelas prepositas.

Tqui omniū gubernationū breuissime durare solent paucoꝝ potentia et tyrannis Quippe illa que plurimo durauit tꝑe Ortagore ⁊ filioꝝ (q̄ apud Sicionis tyrannidē habuere) ad centesimū vsq̄ annum ꝑuenit / durationis v̄o causa fuit / q̄ꝛ mediocritate quadā erga subditos vtebantur . multaq̄ꝫ legibus seruiētes agebāt . Et q̄ꝛ aptꝰ rei militari fuit Clistenes nō facile ꝯtemnendꝰ habebat̄ . plurimū v̄o ꝯuersatōe et vsu familiari fauorē ⁊ grām hoīm accquirebat . Fert̄ quidē Clistenes coronasse iudicē q̄ victorie illiꝰ ꝯtradixerat Aliū quidam huiꝰ iudicis statuā eē illam / qui in foro sedet . Pisistratꝰ q̄ꝫ fert̄ aliq̄n apō ꝯsiliū Ariopagi citatꝰ iudiciū subijsse ¶ Scōa v̄o apō Corinthū Cypselidarū tyrannis Nā ea durauit annis tribꝰ et septuaginta et mensibꝰ sex Cypselus em̄ ip̄e tyrannidē exercuit annis triginta Periandrꝰ v̄o quadraginta quatuor Samariꝰ āt Gordij ānis tribꝰ Causa v̄o durationis eadē fuit Cū em̄ ꝑplar̄ eēt Cypselus ac grā apud multitudinem preualeret sine vlla corꝑis custodia in dn̄atione ꝑseuerauit . Periandrꝰ āt eiꝰ filius magis tyrannice se gessit / ſ; erat vir bello egregiꝰ ¶ Tertia Pisistratidaꝝ Athenis . hec āt nō fuit ꝯtinuo / bis enim ex tyrānyde pulsꝰ fuit Pisistratꝰ Itaq̄ꝫ ex annis trigintatribus solos annos septē et decē tyrannidē exercuit Filij v̄o eiꝰ annis decē et octo . atq̄ꝫ ita oēs sil̄ fuerūt quinq̄ꝫ et triginta ¶ Ex reliquis v̄o illa q̄ apō Syracusas fuit / Hieronis ⁊ Gelonis / ſ; nō lōga fuit . hec annis em̄ nō ampliꝰ q̄ꝫ duo de viginti durauit Gelon em̄ septē annis / cū tyrannidē exercuiss; / octauo defunctꝰ ē . Hieron āt decē . Trasibulꝰ v̄o mēse decimo excidit Ceteroꝝ v̄o tyrannidū plereq̄ꝫ breui tꝑe durauerūt oēs Que igit̄ sint tā circa gubernatōes pluriū q̄ꝫ ꝯ̄ca gubernatōes vniꝰ soliꝰ ꝑ q̄ ⁊ corrūpāt̄ ⁊ seruēt̄ fere dictū ē



Liber Quintus.

¶ Ca. xxxij. Cõfutat opinionẽ platonis de mutatõe gubernatõis vnius.

In republica vero Platonis Socrates de mutationib9 loquit᷑ nec tñ recte Illi9 eñ reipublice que ẽ optima atq̃ pma mutatio / nlla ppria assignat᷑ Inq̃t eñ causam eẽ mutatõis / q: si natura pparatũ sit vt nihil pmaneat ꝑ in ambitu quodã tpis mutationẽ recipiat Esse vo principiũ hor inquit quorꝫ super terti9 cub9 quinatio piugat9 duas exhibet armonias inquiens / qñ numer9 diagrãmat᷑ hmõi efficiat᷑ solid9 Vt puta natura pducẽte prauos et meliores disciplina. hoc ergo forsan inquit nõ male Fieri aũt pt / vt sint aliqui q̃s disciplina institui ac bonos fieri viros impossibile ẽ Sꝫ hec quõ ppria mutatio foret illi9 reipubli. quã optimã eẽ vult magꝫ q̃ alioꝝ oĩm et vniuersoꝝ / q̃ fiũt et ex tpe / p qd inq̃t / ⁊ ex eo / q: nõ sil incipiũt silr̃q mutant᷑ ceu si prima dies eẽt mutatõis / sil mutaret᷑ Preterea quã ob causam ex illa transit ad Lacedemonioꝝ rempublicã? Sepe eñ in ptraria transeũt respublice oẽs / vel in ea que sit ppinqua Eadẽ ratio ẽ de aliis q̃ mutatõib9 Ex Laconica eñ inq̃t mutatio fit ad paucorũ potẽtiã ex ista vo ad pplarẽ statũ / ex illo rurs9 ad tyrãnidẽ Atqui ⁊ cõtrario mutãt᷑ ceu ex pplari in paucoꝝ potentiã ⁊ magꝫ quidẽ q̃ in tyrannidẽ ¶ Preterea vtrũ tyrannidis mutatio sit vel nõ sit / nil dicit Propt̃ quã causam / nec in quã reipub. spẽm trãsit h9 vo causa ẽ q: nõ facilr̃ dicere valebat Infinitũ eñ Nã scdm ieũ pmã ⁊ optimã. sic eñ vtiq̃ fieret ptinuo circul9. ꝑ mutat᷑ i tyrãnidẽ tyrãnis / vt ea q̃ apd Sitionios ex Mitonis tyrãnide i Ostenis Et i paucoꝝ potentiã vt illa q̃ i Calcide fuit Anticreont᷑ Et i pplarẽ statũ vt illa Gelonis fuit Syracusis Et in optiates vt illa que Carolai apd Lacedemonios. Et in tyrãnidẽ fit mutacio ex paucoꝝ potentia vt in Si

cilia plime vetustaꝝ in Leontinis in Panecij tyrānidē ꝛ apͦ Gellā in Cle
andri et apͦ regium in Anaxilai. ꝛ in alijs ꝯpluribꝰ ciuitatibꝰ eodē modo

¶ Capite tricesimoquarto. Reprobat opinionem Platonis
de transmutatione aliarum rerumpublicarum.

Quarta
rō ad
reprobandū
opinionē
platonis

a Bsurdū etiā putare in paucoꝝ potentiā ideo trāsire q: hoīes cu
pidi ꝛ pecuniaꝝ studiosi in mgrātibꝰ ꝟsent: ac nō q: plimi diui
tijs suphabundantes: nō iustū existimāt par hrē in ciuitate eos: q̄ nō hn̄t
facultates et eos q̄ hn̄t In mltisqꝫ paucoꝝ potētijs nō litz pecuniā querere
ꝫ leges sūt ꝓhibētes vt apͦ Carthaginē que pplariter gubernaꝛ pecunijs
studēt: nec tn̄ adhuc mutati sunt. Absurdū etiā dicere: duas eē ciuitates
sub paucoꝝ gubernatiōe opulentoꝝ et inopū Quid em̄ aliud huic q̄ꝫ Laco
nice accidit. vl alteri cuicūqꝫ vbi nō oēs eq̄lia possideāt: aut nō oēs equa
liter sint boni viri. nllo āt paupiore facta nihilominꝰ trāsmutāꝛ ex pauco
rū gubernatōe ad pplarē statū: si ples sint inopes: ꝛ ex pplari ī paucoꝝ po
tētiam: si potētiores sūt opulēti q̄ꝫ mltitudo ꝛ alteri negligāt alteri intēdāt
¶ Cūqꝫ ples sint cause ex q̄bꝰ mutatōes fiūt: eas nō dicit ꝫ vnā solū: qꝫ ꝓ
digaliter viuētes vsurꝭ cōfecti paupes efficiunꝛ q̄i vō fuerint oēs ab initio
diuites: vel plimi eoꝝ ꝫ hoc falsuz At qn̄ ipoꝝ potentiū q̄daz patrimonia
ꝯsumpserint: res nouas moliunꝛ Qn̄ āt alij nihil graue accidit: ꝛ mutāꝛ
nihilo magꝭ in pplarē statū q̄ꝫ in aliā spēm gubernationis. Insup vō etsi
honores vna cū alijs nō capiāt si iniurias inferāt: si ꝯtumelijs afficiāt: se
ditiones oriunꝛ: ꝛ mutatiōes ī republica Fiūt etiā si nulla dissipatio patri
monij intercesserit: ex eo qꝫ liceat quicq̄d volūt efficere cuiꝰ rei causam eē fe
rūt nimiā libertatē Cūqꝫ plures sint paucoꝝ plures etiam populi guberna
tiones tanq̄ꝫ vtraqꝫ vna sit: mutationes assignat Socrates.

Liber Sextus.

¶ Liber Sextus / est quasi complementū et perfectio quarti libri. In quo determinat de institutione specierū popularis gubernationis et paucorum potentie Et de magistratib⁹ rerumpublicarum. Capitibus. xiij.

¶ Capite pmo exponit de quib⁹ rebus sit dicendum et imprimis de ppl'ari gubernatione / cuius pter duas causas varie sunt species.

Quot igit̄ sint differētie et quales ei⁹ qđ deliberandi habet facultatē / ꝛ in quo summa rei ppl'aris ꝯsistit et circa mgrātuū ordinationē / ꝛ qualia ad qualē ordinenē rēpublicā / et preterea de corruptiōib⁹ ꝛ cōservationib⁹ rerumpublicaꝝ ex quib⁹ ꝓueniāt ꝛ qs ob causas / dictū ē pri⁹. ¶ Sꝫ cū pl'es sint spēs ppl'ar' ꝛ silr aliaꝝ gubernatōnū de illis quid restat nō pei⁹ fuerit cōsiderare / ac sil' vniuscuiusqꝫ eaꝝ ꝓpriū ꝛ ꝯuenietē modū reddere Ac pterea cōsiderare cōiūctiōes sil' ipoꝝ modoꝝ Nā eoꝝ cōiunctio parit rerumpublicaꝝ varietatē vt et optimatū gubernatōes ad paucoꝝ declinent potentiam et respublice mag' ppl'ares existant Dico āt cōiūctiōes qs cōsiderare oportet et nūc vsqꝫ cōsiderate nō sunt ceu si pars illa que in deliberādo vsat̄ / et illa que circa electiones mgrātuū cōsistit / ita instituta sit vt cōferat paucoꝝ potentie. et circa deliberandū illo mō. circa electiones vō ad optimatū gubernationē mag' declinet. vel per alium quendā modum non oīa instituta sunt rei publice cōgruētia ¶ Qualis igit̄ ppl'aris quali congruat civitati / et qualis paucoꝝ potētia quali mltitudini / et aliaꝝ gubernationū quib⁹ cōferat / dictuꝫ ē prius Verumtū oportet fieri manifestum nō solū / quenā istaꝝ gubernationū optima sit civitatib⁹ / ß etiā quō cōstituende sint / et iste et alie / breviter ē explicandū Et pmo de ppl'ari dicemus. Nā p hāc etiā de cōtraria illi⁹ gubernatiōe patebit. hec ē āt quā vocāt quidaꝫ paucoꝝ potentiā Capienda sunt āt ad hanc disciplinā cūcta ppl'aria

✝ Actus 24 Sept.

Ax. Log. Evidentia est de ratione Scientiae

Ax. Rhet. Tria sunt genera dicendi.

Q. Phys. V. Sensus sit potentia passiva nec ne?

Q. Pol. V. Urbes debeant cingi moenibus necne?

Lang

et que videntur popularium esse sequacia Ex his em̄ simul positis / resul-
tant species gubernationis pp̄laris / et plures esse eas q̄ vnā et differentes
ↄtinget. Due sunt cause p quas p̄les existūt pp̄lares. Primū illa que dicta
fuit q̄ inter pp̄los differentia ē Sūt em̄ alij agricole / alij opifices / alij mi
nistri Quoꝝ primi a secundis / et tertij ab vtrisq3 nō in eo modo differunt
q̄ melior aut deterior pp̄laris stat⁹ / verūetiam in eo q̄ nō idem sit ¶ Se-
cunda vero causa est / de qua nūc dicim⁹. que em̄ popularē statum sequun
tur / ac videnꝰ eē propria ipius cōiuncta simul faciunt varietatē. nā alicui
pauciora cōsequentia sunt / alicui plura / alicui omnia. Vtile vero horum
singula cognoscere / et ad ↄstituendū / quod velit quis / et ad corrigendū.
¶ Querunt em̄ qui rempublicam instituunt cuncta que illi propria et cō-
uenientia sint / in vnum colligere ad propositum suum / sed aberrant / dum
hoc faciunt / vt supra dictum est a nobis / vbi de corruptionibus et con-
seruationibus rerumpublicarum tractauimus. Nunc autem dignitates
et mores et que flagitent / dicemus.

¶ Capite Secundo. Aristoteles ponit / fines / iura / et liber
tates popularis gubernationis

P Ropositum igitur popularis reipublice ē libertas. Hoc em̄ di-
cere ↄsueuerūt q̄i in hac solummō reipublice libertatem queren-
tes Ad hanc enim respicere dicunt oēm pp̄larem statum. Libertatis vero
ipius pars vna in eo consistit / vt per vices imperent et pareant Nā iustū
populare est equū habere scd̄m numerū / nō scd̄m dignitatē Ex quo fit vt
scd̄m hoc iustum multitudo ex necessitate dn̄eꝛ. et quicq̄d decreuerit pp̄lus
id esse ratum / et id esse iustum Aiunt enim oportere vt vnusquisq3 ciuiu3
equum habeat. Atq3 ita cōtingit in pp̄larib⁹ gubernationib⁹ inopes plus

posse q̄ȝ opulentos Plures em̄ sunt! ꝛ id obtinet quod pluribus videatur. ¶ Vnū igit̄ libertat̄ signū hoc ē qd̄ ponūt oēs ppl̄ar̄ reipublice finē. Alterū vo vivere vt quisq̄ȝ velit Hoc em̄ aiūt op⁹ eē libertatis. Siquidē servi ē vivere nō vt vult Hic ē igit̄ scd̄s ppl̄ar̄ reipublice finis Hinc ꝓfectū ē! nemini potissimū subesse velle Q! si hoc nō dat̄! at saltē ꝑ vices subesse ac ꝑesse Idq̄ȝ ꝑtinet ad libertatē que ē scd̄m equū His p̄suppositis ac tali exn̄te principio! ppl̄aria hm̄oi sunt summi ad mgrāt⁹ oēs ex oīb⁹ ac preesse omibus vnicuiq̄ȝ et vnūquēq̄ȝ vicissim oīb⁹ Per sortez tribuere mgrāt⁹! vel oēs penit⁹! vel illos saltem! q̄ nō pericia indigent! ꝛ arte a nl̄lo censu eē mgrāt⁹ vl̄ saltē a minimo Nō nisi semel eundē mgrātū ab aliq̄ geri posse vel raro et paucos except̄ his q̄ vsant̄ in bello Parui tp̄is eē mgrāt⁹ vel oēs! vel quotq̄t recipiūt iudicare oēs! et ex om̄ib⁹ ꝛ de om̄ib⁹ vl̄ de plimis et maxīs et principalissimis Puta de corrigendo et de republica et de privatis cōtractibus Et contionē esse oīm dn̄am. mgrātū vo nulli⁹! aut dn̄am eē cōtionem rerū maximaꝝ! mgrātū vo rerū minimarū Inter mgrāt⁹ āt ppl̄arissimum ē ꝯsiliū! vbi nō om̄ib⁹ ē mercedis facultas Nā tūc quidē adimunt ꝛ hui⁹ magistrat⁹ potentiam. ad se em̄ reducit iudicia cūcta ppl̄us mercede abundans! vt dixim⁹ supra vbi de hac pte tractavim⁹ Deinde mercede capere! potissimū quidē oēs! cōcionē iudicia mgrāt⁹ vel saltē mgrāt⁹ et iudicia Et cōsiliū ꝛ cōtiōes pricipales vl̄ eos mgrāt⁹! quos necesse ē in eadē sit̄ eē cōmessatione Preterea cū paucoꝝ gubernatio genere et diviciȷ̄s et erudicione diffiniat̄! videt̄ ppl̄aritat̄ cōtraria eē ignobilitas! inopia! sordidum opificiū Preterea ptātem nullā ꝑpetuā eē. Q; si reliq̄ sit aliq̄ ex antiq̄ mutatiōe illi⁹ auferre potentiā ꝛ ex electiōe ad sortē reducere Hec igit̄ oīa cōla

colligit dicta pro pria popularia

sunt pplarium gubernationū Cōtingūt āt ex eo iusto / qd fatenī esse po=
pulare hoc ē equū hrē oēs ßm qd maxie videī eē pplark stat9 et ppli Equū
ē em̄ cū nihilo magk gubernēt divites q̄ paupes / nec soli ptātem hūt ß oēs
ex equo ßm numerū Sic em̄ demū existimāt pitatē i repub. eē ac libertatē

Capite tercio Tractat questionē de iure pplark gubernatiōis

Sed queriī post hec / queādmodū habebūt equum Vtrū oportet partiri in mille eos cens9 qui sunt quingentoꝝ et mille equaliter posse quingentk vel nō. sic ponere oportet istam paritatē / vl partiri quidē sic / deinde ex quingentk pares accipientē et ex mille hos ptātes hrē particio num et iudicioꝝ Vtrū igiī respublica ista iustissima ē ßm pplare iustuz vel magk illa que ßm mltitudinē Aiūt em̄ pplares / id eē iustū / qd videī vtiq3 plurib9 Potētes vo / qd videī his q̄ pl9 possidet. p mltitudīe em̄ facultatū aiūt eē statuēdū Sz hūt hec vtraq3 imparitatē ꝛ iniusticiā Si em̄ qd pau ci / tyrāni ē Nā si vn9 habeat plura q̄ alij opulēti ßm paucoꝝ iustū / is sol9 dign9 ē qui gubernet. si vo qd plures ßm numerū iniuriabunī publicātes bona opulentoꝝ et paucoꝝ / vt superius dictū ē Que igiī sit equalitas quā ambo ꝯfitenī / ꝯsiderandū ē / ex his que vtriq3 diffiniunt iusta Inquiunt enim quicquid videtur maiori parti civiū / id oportere esse ratū. siquidez hoc attū nō penit9 Sz cū due ptes sint ex quib9 civitas ꝯstat / divites sz ꝛ paupes / qd ambab9 videaī aut plib9 / id ratū sit / q si ꝯtra videanī qd pl rib9 et hūtib9 maiorē censum puta si alij decem / alij viginti. videaī autez divitū sex / paupm vo quidecim. accedāt vero paupib9 quattuor divituz ē divitibus autem sex quinq3 pauperum / quotumcunq3 census exuperat con numeratis ambobus vtrisq3 id ratum sit. Q si forsan equales esse con=

tigerit cōem et hāc ambiguitatē putandū ē! vt nūc accidit! si vtrinqꝫ paria suffragia cōtionis sint aut pares in iuditio sententie Nā aut sorte dirimē-dū ē! aut aliud quiddā hmōi agendū ē Sꝫ de equo ꝛ iusto quanqꝫ sit admodū difficile ī illis repire veritatē. tn̄ facili⁹ ē sortiri qꝫ ꝑsuadere his q̄ pl⁹ hrē pn̄t Sp eñi q̄ imbeciliores sūt! equū ꝛ iustū q̄rūt ꝫ q̄ plus pn̄t ista nō curāt

¶ Capite quarto Ostendit primā speciem popularis gubernationis fore optimam! qm̄ ppl̄us ille optim⁹ sit! qui ex agricolis ꝯstat

Capitulum quartum est de quarta specie popularis

Cum vō quattuor sint gubernatiōes ppl̄ares! optima ē illa quā pmo gradu posuim⁹! vt supiorib⁹ libris dictū ē Eadē qꝫ antiqssima oīm Dico āt primā scdm̄ distinctionē ppl̄oꝝ Nā optim⁹ ppl̄s ē ille q̄ ex agricolis ꝯstat. Itaqꝫ et ppl̄ar̄ stat⁹ effici dat̄! vbi multitudo viuit ab agricultura vel pascua Negociosa quidē! qꝛ nō multū habꝫ Ex q̄ fit vt agant raro ꝯtionē Cū eñi laborandū illis sit circa necessaria ad victū! operib⁹ detinent̄ suis ꝛ aliena nō appetūt! dulciusqꝫ ē illis op⁹ facere qꝫ in republica vsari! nisi magna ī gubernādo sint emolumēta suscepturi Pleriqꝫ eñi magis lucrū appetūt qꝫ honorē. signū hui⁹ ē! ꝙ tyrannides antiquit⁹ ꝑtulerūt Et nūc paucoꝝ potentiā ꝑferunt! mō suā rem agere illis ꝑmittat̄ neqꝫ diripiāt̄ que hn̄t. cito nāqꝫ alij eoꝝ diuites efficiūt̄! alij egere desistūt

¶ Preterea siqua cupido honoꝝ eis inest! facile adimplet̄ ꝑ ptātem! quam in ꝯtionib⁹ hn̄t creandi mgrāt⁹ ꝛ corrigendi delicta Nā in quibusdā ciuitatib⁹ ꝛ si nō eligit ppl̄s mgrāt⁹ ꝫ quidē ꝑ partes deputati ex omīb⁹ vt apud Mantineam! tn̄ sat̄ eē putāt ꝙ ꝯsulendi deliberandiqꝫ hn̄t ptātem Ac putandū ē hāc esse tanqꝫ formā aliquā ppl̄ar̄ gubernatōis! vt fuit qn̄qꝫ apd̄ Mantineam Quapropter vtile ē pri⁹ dicte ppl̄ari gubernatōi! et ita ꝯsuetudo fuit eligere quidē mgrāt⁹ ꝛ corrigere et iudicare oēs Mgrāt⁹ āt maxi-

mos geri p cos q electi sint: et a censib9 maiorib9 maiores: vel a censib9 nullis: s p eos qui pnt Necesse e at: qui ita gubernant respubli. ea bn gubernari, na mgrat9 sp ab optimis gerent pplo ita volente neqz prestantiorib9 invidente Nobilib9 at ipis et prestantib9 hic grad9 sufficiet Nō em suberut aliis deteriorib9 Ipi vo mgrat9 gerent iuste q: pena formidabut qm corrigere ad alios ptinet Cōpesci em ac nō licere facere quicqd qs velit: vtile e na licetia agedi qd qsqz velit: custodire nō pt ingenita vnicuiqz hoim pravitate Itaqz necesse e illud euenire qd optimu e in rebuspublicis vt mgrat9 a pstatiorib9 gerant sine vlla ppli diminutoe Q; igit hec ppkariu gubernationu e optima patet: et qua de causa: q: ob talem aliquē esse populum.

¶ Ca. v. Ponit ex quib9 instituit optima popularis gubernatio

A D cstituendu at pplm agricolam tum leges quedaz antiquit9 apud mltos late vtilissime sunt: tu illud vniuersaliter: ne liceat cuiqz hre plus agri qz mensura certa: vel ab aliq loco ad oppidu et ciuitate Erat antiquit9 in multis ciuitatib9 lege cautu: nō licere venditione facere bonoz prime hereditatis Est etia lex qua dicut Ozili fuisse, ne liceat cuiqz fenerari sup aliq fundi pte qua qs hret Dirigere etia id oportz Aphitalaz lege Est em vtilis ad id qd dicim9 Illi em quanqz sint pmulti, possideant at exigua regione tn oes agricole sunt, qm precia cstituut nō totaz possessionu: s p tales ptes diuidetes: vt etia paupes faciliter eas preciis supare possint ¶ Post agricolaz mltitudine optim9 ppls est: vbi pastores sunt et viuut ex aialib9, in multis vo hec cu agricultura cuenietia hab; Vtriqz em corpib9 exercitati ad bellicas expeditioes vtilissimi sut ac potetes sub diuo csistere Cetere vo mltitudies q oes ex qb9 alii stat9 pplares cstant multe

quia hi deteriores sunt Nã opificumquidem ac forensium et mercenarioꝝ vilis ē vita/nullũq́ʒ virtutis opus Et insup: qꝛ hmõi gen⁹ hoĩm circa forũ vrbemq́ʒ (vt ita dixerim) assidue heret/ faciliter conciones agitat/ ac agricole qꝛ sparsim habitant per agros/ neq́ʒ in vnũ coeũt faciliter/ neq́ʒ similiter indigent hmõi congregatione. quib⁹ vero contingit situm regionis talem esse/ vt longe distent ab vrbe/ in his facile est popularem statum laudabilem constituere ac rempublicam. Vi enim ipsa compellitur multitudo quasi colonias per agros efficere Quare et si forensis turba sit tamē cõciones in pplari statu nõ faciet absq́ʒ multitudine illa que p agros habitat

¶ Capite sexto. De ꝯstitutione aliarum pplariũ gubernationum et maxime quarte speciei et eius corroboratione determinat.

Quomodo ergo ꝯstituenda sit optima illa ac prima populare gubernatio/ dictũ ē. patʒ etiã quõ alie Subseq́ntẽr eĩ ē descendẽdũ/ et deterior sp multitudo sepanda Postremã vo spẽm/ qꝛ oĩs multitudo ad eam recipitur neq́ʒ cuiuscumq́ʒ ciuitatis est eam pferre/ neq́ʒ facile permanere eam nisi legibus et moribus bene stabilitam A quib⁹ vero labefactari contingat et hãc et alias respublicas/ fere dictum est pri⁹ in p̄mis

¶ Sʒ ad constituendam hanc popularē gubernationem et ad ppl̄m roborandũ cõsueuerũt p̄sidẽtes recipe ppl̄es/ ac ciues efficere nõ solũ legitimos verũetiã spurios/ ꝛ ex quouis ciue idest siue ex patre siue ex matre Om̄e eĩ hoc huic ppl̄o mag̃ ꝯueniens ē Cõsueuerũt igit̃ hi q̄ ppl̄os ducũt ita ꝯstituere Oportet tamen id facere/ quoad exuperet nobiliũ medioꝝq́ʒ multitudinē/ neq́ʒ vltra pergredi Nã si transcendũt/ turbatiorē efficiũt rempub. ac nobilitatē expãdendo mag̃ irritãt que causa seditiõis fuit apõ Cyrenē Paruũ eĩ incõueniens ꝯueniendo transitur. magnũ vero in oculis heret

¶ Insuꝑ talia ꝯstituta vtilia sunt ad ppl'arem statū hmōi et ad ppl'i corroborationē. qualia Eschines Athenis factitauit: quo ppl'i gubernatōez augeret Et apō Cyrenem q̄ pplm ꝯstituerūt Tribꝰ em̄ alie ꝯstituende sunt pl'es: ⁊ sodalitates priuatoꝝ sacroꝝ redigēde sūt ad pauca ⁊ publica ⁊ cūcta diligēt' excogitāda q̄ ꝙ̄ maxīe oēs sil' admisceāt familiaritates ꝯuersatōesqꝫ ꝓme disiūgant. Preterea tyrānica machinamēta oīa vidēt eē ppl'aria ceu licētia ꝟuoꝝ ⁊ mlieꝝ ⁊ pueroꝝ vt sine vllo metu viuāt vt velint. ꝓmulti em̄ hmōi ciuitat' statū amabūt cū plerisqꝫ dulciꝰ sit dissolute viuere ꝙ̄ modeste

¶ Capite septimo. Addit alias leges et cautelas pro institutione quarte speciei popularis gubernationis: et eius conseruatione

Est āt opus legispositoris ⁊ eoꝝ qui volunt statum aliquē talez cōsistere Nā vt ꝯstituat' talis status: nō magnū negotiū ē: neqꝫ solū ꝟ magis vt seruet' Vno em̄ vel duobꝰ vel tribꝰ diebꝰ ꝑmanere quomodocūqꝫ gubernātibꝰ haud difficile ē. quapropter opꝰ ē his: quas supra retulimꝰ: ꝯseruatonibꝰ et corruptelis rempublicā cautelā assumere cauendo illa: que corruptura sunt: ac leges tales ponēdo: et sine scripto scriptasqꝫ ꝯseruationes statꝰ maxīe ꝯprehendāt: neqꝫ putare id esse ppl'arē; neqꝫ paucoꝝ potētie: qḋ efficiat ciuitatē/maxīe a multis vel a paucis gubernari: ꝟ qḋ ꝙ̄ plurimū tempus. At nūc hi qui sunt potētes in populis gratificātes multitudini multa ppl'ariter agūt ꝑ publicatiōes bonoꝝ in iudicijs factas Quare oportz eos q̄ curā salut' hūt reipublice: cōtra moliri: leges ponendo: vt damnatoꝝ bona sacra sint: et nō in publicū: ꝟ in sacrū referant' Hec em̄ lex nihilominꝰ iniurias ꝯpescet. nā pena eadē erit. ppl's āt minꝰ cupide damnabit. cū nihil vtilitat' sit ex damnatōe susceptutꝰ Insuꝑ ꝑ publicas accusatiōes ꝙ̄ rarissimas facere: magna pena ꝯstituta aduersꝰ eos q̄ falso

accusarint Nõ em̄ populares in iudicium vocari consueuerunt ꝫ nobiles ⁊

Quarta preceptum

Oportet ergo statum reipublice quantū fieri potest / oẽs reddere beniuolos ꝙ si id fieri nequeat / saltem conari / ne hostes existimẽt eos qui gubernant . cū vero postreme ille species gubernationum pplarium in multitudine ꝯsistant / ac difficile sit vt concionib⁹ vocare possint sine alicuius mercedis susceptione hoc autem nisi redditus habeat ciuitas maxime inimicum est prestantibus viris Nam ex tributo et publicatione bonorum / ⁊ ex iudiciorum improbitate necesse est ꝑuenire / quod multas iam respublicas subuertit . vbi ergo publici redditus nō sunt / facere oportet conciones raras et iudicia / magna quidē ꝫ paucis dieb⁹ duratura . hoc aūt confert ad illud qḋ nō formidabūt impensas opulenti / et diuites nō capient mercedem iudicij sed pauperes Confert etiā ad recte iudicandū multo magis . nam qui magna patrimonia habent / multis dieb⁹ abesse nolunt a rebus suis . modicū vero abesse temp⁹ nō moleste ferūt Vbi vero sunt reddit⁹ publici / nō id facere qḋ nūc magni quidā i pplo faciūt Superflua em̄ diuidūt / ac sic capiūt moxꝙ rurs⁹ indigēt eisdē Est em̄ paupib⁹ ceu vas pforatū hmõi emolumentū Sz oportet eū qui vere popularis sit / videre / ne multitudo paupertie nimia prematur Nam egestas prauam reddit populo gubernationē Conandum est igitur ingeniose / vt abundantia assit diuturna Nā id prodest etiā diuitib⁹ Congregantes vero illa que ex redditib⁹ ꝑueniūt / sic oīa egenis tribuere oportz / ꝑsertim si q̄s possz tm̄ cōgregare q̄ntū sat ē ad agelli ꝯparationē . Vel saltē ad facultatē negociandi ⁊ agrū colendi . et si nō oībus possibile ac scḋm tribus et partem aliquam id facere In hoc autē ad necessarios cōuentus mercedem diuites conferre cupidos in auium numerum ⁊

Ubi sextum preceptum

Septimum preceptum

Per talem aliquē modū Carthaginenses gubernantes amicū retinēt pplm̄ Semp̄ em̄ quosdā e pplo mittentes in aliq̄s gubernatiōes / eos diuites faciunt. graciosoꝝ v̄o ac mentē habentiū nobiliū / ē suscipe egenos et occasionē p̄bētes / ꝯuertere ad res agēdas Recte quoq3 se hȝ Tarentinoꝝ exēplū imitari Jlli em̄ iumēta faciētes cōia ad paupm vsum / p hūc modū beniuolam sibi plebē ꝯstituūt Mgrāt⁹ insup oēs duplices faciūt vt sint aliĳ p electionē aliĳ p sortē q̄ em̄ ppls capiat / p sortē. q̄ āt meli⁹ gubernēt / p electionē Est āt hoc facere etiā i vno eodēq3 magrātu vt aliĳ sorte aliĳ electōe ad eū gerēdū assumāt Queadmodū ergo oportȝ gubernatōes mltitudīs īstituere dictū ē

Ca. viij. et. ix. sunt de institutione paucorum gubernationis Sequentia quatuor capitula sunt de magistratibus.

De paucoꝝ ergo gubernatōib⁹ quō agendū sit. patȝ fere ex eisdē Nā p ꝯtrariū agendū ē in om̄i paucoꝝ gubernatōe ad oppositā sibi pplaris gubernatōis spēm Reputando merā illam ac summā ceteraꝝ gubernationē paucoꝝ ⁊ primā Hec āt ē ꝓpinq̄ illi q̄ respublica nūcupatꝰ i q̄ oportȝ census diuidere ⁊ alios minores / ⁊ alios maiores facere Minores quidem a quib⁹ necessarĳ magrāt⁹ capiant Maiores v̄o a quibus capiant; hi magrāt⁹ q̄ sunt principaliores / ⁊ qui tm̄ adepti fuerint censū / habiles sint ad rempublicā gerendā afferēte pplo tantā multitudinē p ip̄m censum vt cū illis potētiores sint q̄ gubernāt rempublicā q̄3 illi q̄ nō gubernāt. Semp em̄ ex meliori pplo capiendi sunt qui ad societatē reipublice recipiuntur. Similiter āt in ea gubernatōe paucoꝝ que sequit intendētes parump ē instituendū Jn ea v̄o que opposita ē extreme pplaritati q̄ ē paucoꝝ potētia tyrānidi psimilis / q̄3to deterrima ē tāto maiori op⁹ est custodia Vt em̄ corpora bn̄ disposita ad sanitatē et nauigia bn̄ instructa ad nauigandū / mul

tos ferunt errores nec ob eos succumbunt. Valitudinaria aūt corpa! et navigia parum firma / nautisq̧ʒ instructa pravis! ne pravos quidē ferunt errores Jta rerumpublicaꝶ he que deterrime sunt! plurima indigēt custodia Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum omnino servāt Hoc em̄ opponit̄ ad illud iustū qd̄ ē ƀm dignitatē Paucoꝶ vo potentiū ɔtra! videliʒ ꝑ rectā ordinatōeʒ oporʒ assequi firmitatē

Ca. ix

Um vo sint mltitudis potissimū ptes quattuor! agricole! artifices! negociatores! mercenarij. q̄ttuor etiā vtiles ad bellū! equites! pedites gravis armature! expediti leves! et turba navalis. Vbi ɔtingit regionē eē ad equitatū aptā! ibi locū hʒ aptissimū paucoꝶ potentia illa summa Nā ɔservatio habitatoꝶ ab equitib⁹ ꝓuenit Eq̄s vo nutrire eoꝶ ē q̄ magnas hn̄t facultates Vbi aūt regio ad peditatū ē apta alterā spēʒ esse etat paucoꝶ potētie nā gravis armatura divitū ē magl q̄ paupm. Expediti aūt leves ⁊ nautica turba a plebe ē om̄is Nūc aūt vbi talis turba mlta ē qn̄ sedicio fit deteri⁹ certāt Sʒ oporʒ hm̄oi medicinaʒ cape a belli ducibus q̄ ad equitum ac peditū robur expeditos levis armature solēt ɔiūgere et cū his supant pplī ī seditōib⁹ opulētos Nā leves expediti ɔtra equites ⁊ ɔtra gravis armature pedites facilr repugnāt. instituere igit̄ ex his potētiā istā ɔtra seipos ē īstituere Sʒ optet divisis etatib⁹ cū alij seniores alij iuniores existant! ī iuvenili adhuc etate cōstitutos filios suos erudire ad leves ⁊ opeditas opatōes Delectos q̄dē ex pueris athletas eē ipos opationū Cōsessio aūt reipub. pplo facienda ē! vl cū ad censum ꝓuenerint vt pri⁹ dictū ē vl vt faciūt ī thebani! cūc ertū tps a mercatura ⁊ hm̄oi exercitijs destiterint velut apd Massiliā iudicio facto q̄ digni sunt ad rēpu. recipit ⁊ q̄ excludit Prete

tea dignitatib⁹ his que sunt principalissime q̃s suscipe oportet eos q̃ in re publice gubernatõe v̄sant: adiũgenda sunt onera publica vt ppl's sponte sua eas nolit: ⁊ veniã habeat illis qui hm̄oi magrãt⁹ suscipiũt vtpote mercedem pmagnã p̄ea dignitate soluẽtib⁹ Cõgruit ãt cũ hm̄oi magrãt⁹ ineunt et sacra magnificẽtissime facere et publica quedã edificia ad vsum ppl'i construere vt multitudo cernẽs p̄ibẽ ornari: tũ munerib⁹ erga deos: tũ edibus ad vsum publicũ libenter aspiciat p̄ñtem statũ ciuitat'. Cõtinget etiã prestantib⁹ viris hec eẽ monumẽta sue largitat'. Sz hoc nõ fit nũc p eos hoĩes qui magni sunt in paucoꝝ potẽtia ß ɔ̄trariũ Lucrũ em̄ querunt nõ min⁹ q̃ honorẽ. itaq3 dici p̄t recte: hos eẽ ppa'les stat⁹ paruos Quõ igit' instituẽde sint ⁊ paucoꝝ gubernatões ⁊ multitudinis in hunc modũ determinatũ sit.

¶ Capite decimo. Agit de magistratib⁹ respectu contractuũ.

Consequẽs ẽ circa magrãt⁹ videre diligẽter quot hi sint et quales et quib⁹ de reb⁹ vt supra dictũ ẽ Sũt em̄ q̃dã necessarij magrãt⁹ sine quib⁹ ciuitas eẽ nõ p̄t Sũt etiã quidã ad cultũ ornatũq3 ptinẽtes: sine quib⁹ bene habitari ciuitas nõ valet Preterea necessariũ ẽ in paruis quidem ciuitatib⁹ pauciores eẽ magistrat⁹ In magnis ãt plures vt pri⁹ ostendim⁹ quales ergo ɔ̄gruat simul ɔ̄iungere et quales superare: nõ debet esse clam:

¶ Primũ ergo circa rerũ necessariarũ vt in foro assint venundentq3. super qua quidem cura magistratus quidam est constituendus: cuius officium sit circa contractus et circa honestatem. nam cunctis fere ciuitatibus necessariũ est emptiones venditionesq3 fieri inuicem p vsu rerum necessariarũ et hec facultas: maxima et expeditissima est ad eam sufficientiam consequendam cuius gratia in vnam videtur conuenisse reipublice societatem

Liber Sextus.

¶ Altera vo cura huic piuncta ac ppinqua ē circa vrbē de publicis priuatisqꝫ iurib9! de edificatōe deceti! de viaꝝ cōseruatiōe ac directione et de finibus regendis vt sine querela sint et de silib9. Vocāt āt plurimi hmōi mgrātū edilitatē ptes vo sunt ples ei9!et in magnis ciuitatibus alie sup alias incidūt ceu menib9 reficiēdis pfecti ⁊ fontiū curatores ⁊ portuū cōseruatores

¶ Alia vo ē cura ⁊ quidē necessaria atqꝫ huic ppinqua. naz de hisdē reb9 e. Ceterū nō in vrbe ꝫ extra vrbē in agro versat Vocāt āt hmōi mgrātū aliꝗ diffinitores!aliꝗ custodes agroꝝ Hę igit pcurationes sunt tres ¶ Est et ali9 mgrāt9!ad quē reddit9 publici. referunt. qui apd eos cōseruati mox distribuunt ad singlas opportūitates Vocāt vo istos receptores ⁊ questores

¶ Alter vo mgrāt9 ē apd quē pscribi oportꝫ priuatos cōtract9 ⁊ sentētias iudiciū Apd ꝗs etiā postulatōes vocationesqꝫ in ius pscribi debēt! ꝗbusdā in loc hmōi mgrātū diuidūt in partes plures. ꝫ ē vna eadēqꝫ auctoritas istoꝝ oīm !appellātqꝫ eos ꝗ hūc mgrātū gerūt tū pfectos tū memoriales vl similib9 nūcupatōib9

¶ Ca xi. De magistratib9 punitiuis reoꝝ qui in legibus vocant iudices maleficoꝝ.

Vi vo post hūc sequit summenecessari9 ē!difficilimū oīm mgrātuū. vsat āt circa executiones eoꝝ qui damnati sunt! et circa eoruz penas atqꝫ custodias Est āt grauis hmōi administratio ppter multas que inde pueniūt inimicitias. itaqꝫ nisi magna emolumenta ex eo capiant gerere illū oēs recusant Et si gerāt scdm leges facere nō tolerant. ꝫ ē necessaria res Nā nihil pdessent iudicia aut sentētie !nisi foret ꝗ eas executioni mandarēt. quare si hec desint ! cōmunio inter se ciuiū pmanere nō pt Propterea meli9 ē nō vnum eē hūc mgrātū ꝫ partiri i plures vt aliꝗ de aliꝗs exequant Et circa actiones eodē mō conādū distinguere Adhuc etiā magrāt9

alios aliis exequedis ⁊ nouoꝝ magꝭ nouos ⁊ pn̄tiū alio ꝯdēnāte/ aliꝗ sint q̄ exigāt ceu p̄tores vrbani ediliū ꝯdēnatōes ac rurs⁹ istoꝝ aliꝗ quāto eñ mīa inimicitia cū sit illꝭ q̄ executōi demādāt tāto magꝭ res finē suscipiēt Si sint ergo idē q̄ ꝯdemnāt ⁊ ꝯdemnatōes exigūt/duplex ꝯtrahit odiū In oib⁹ aūt eosdē cūctꝭ inimicū ē Multis etiā locꝭ sepat ille q̄ custodit reos ab illo qui aiadvertit in eos vt athenis illi q̄ vndeci viri nūcupabāt Quappt meli⁹ ē hūc q̄ꝫ diuidere mgrātū ⁊ q̄i adūbrare ⁊ mitigare Est eñ necessari⁹ nō mī⁹ q̄ꝫ supio: Cōtigitqꝫ i eo vt viri bōi maxie vitēt hoc officiū Prauos āt neq̄ q̄ꝫ tutū sit ei p̄ficere cū ipi poti⁹ indigeāt custodia ⁊ carcere q̄ꝫ alios debeāt custodire Itaqꝫ opoꝛꝫ hoc nō vnū esse officiū nec ꝯtinuo ab eisdē fieri ꝫ vbi ē aliq̄s iunioꝝ oꝛdo atꝫ custodū deputādi sūt ꝑ tpe aliꝗ atꝫ aliꝗ q̄ hoꝝ officioꝝ suscipiūt curā Hos ergo mgrāt⁹ tā q̄ꝫ summe necessarios ponēdū ē eē p̄mos

¶ Capite duodecimo De magistratibus / qui versantur circa ea que oꝛdinantur ad custodiam vrbis / ad res bellicas ad repetundas rationes et ad preconsulendum in populo.

Post hos āt aliꝗ sunt mgrāt⁹ nec sane min⁹ necessariꝗ ⁊ maioris q̄dem dignitatꝭ Nā plurima indigēt experientia ⁊ fide Tales v̄o sunt circa custodiā vrbis ⁊ circa illa oīa q̄ oꝛdinanē ad bellicas expeditiōes Op⁹ ē eñ ⁊ in pace et ī bello ꝑmultꝭ Nā ⁊ menia ciuitatꝭ curāda tuendaqꝫ sunt / et disquisitiōes descriptiōesqꝫ ciuiū agende Alicubi ergo sup his plures sunt mgrāt⁹ Alicubi vero pauciores veluti quidez in puis vrbib⁹ vnus sup oib⁹. appellāt v̄o hos p̄tores vꝭ ꝯsules Insup si sint eq̄tes aut pedites aut sagittariꝗ aut turba naualis Sup vnoquoqꝫ eorum p̄fecte quidē statuūtē / appellanēqꝫ p̄fecti equitū / p̄fecti legionū / p̄fecti nauales. Et seorsuz sub his p̄fectus triremis / p̄fect⁹ cohoꝛtꝭ / tribun⁹ militū et alia hmōi particularia Totū vero vnū aliquid est / ꝑcuratio sꝫ rerum bellicaꝝ Et erga hmōi mgrātū hoc mō se hꝫ Cū v̄o quidā mgrātū ⁊ nō oēs ꝑtractēt / mlta negociorū publicoꝝ necesse est aliū eē mgrātum q̄ rōes repetat atqꝫ coꝛrigat

Liber Sextus.

Preter hos
Decia spes

Ipse vo nihil tractet Vocant vo hos alij correctores/ alij rationales/ alij scrutatores/ alij pcuratores ¶ Preter hos vo oēs vnꝰ mgrātꝰ ē principalissimꝰ marie oīm Idē em pleruq3 habz finē et introductionē/ q psidet mltitudini/ vbi ppls dñatur Opoꝛz āt id qḋ cogit/ summam hrē in republica auctoritatē Appellāt vo qbusdā in locꝭ pconsultores ex eo q2 añ deliberant Vbi vo mltitudo ē/ ɔsiliū magꝭ Ciuitatū igit magrātꝰ fere tot aliqui sunt

¶ Ca. xiij. Quo respub. ponat magrātꝰ circa cultū deoꝝ/cū enumeratōe magrātuū ḋ qbꝰ determiatū ē pꝰ ⁊ ḋ alijs pauckꝭ magrātibꝰ minꝰ pncipalibꝰ

Alia spēs curationis ē circa rem diuinā ceu sacerdotes et editui circa templa vt ɔseruent/ que sunt et erigant ruinosa edificia ⁊ cetera oīa que ptinēt ad diuinū cultū Euenit āt alicubi curam hāc eē vnā vt in paruis ciuitatibꝰ Alibi vo plꝭs sepatas a sacerdotio vt sacrificuli ac ediculi ac custodes sacratū pecuniaꝝ ¶ Huic ɔsequēs est cura illa que circa sacrificia publica quotcunq3 sacerdotibꝰ lex nō cōmittit ſ ex publico fiunt Vocāt āt eos q istis psunt alij reges sacroꝝ alij pōtifices marios Necessaria ergo officia sūt circa hec/ vt illa repetamꝰ circa rem diuinā/ circa rem bellicam/ circa redditꝰ publicos et impēsas circa foꝛuz/ circa vrbem et portus et regionē Insup circa iudicia ⁊ ɔtractus postulatōes et executiones et custodias et sup hꝭibꝰ ⁊ disquisitiōibꝰ ⁊ sup correctiōibꝰ eoꝝ que qs gesserit in mgrātu ⁊ finaliter circa ɔsilia hec coīa Proprie āt eaꝝ ciuitatū q magis placate atq3 trāquille sūt/curā facere de mlieꝝ disciplina/ de legibꝰ seruādis de disciplina iuuētutꝭ/de gymnasioꝝ gubernatōe/pterea de ludis gymnickꝭ ac musickꝭ/ ⁊ si q alia hmōi spectacula ɔtinget fieri Hoꝝ vo quedā manifeste sūt nō ppꝭaria veluti disciplina mlierū ⁊ pueroꝝ Nā paupibꝰ necesse ē vti mlieribꝰ ⁊ puerꝭ tāq3 ministrꝭ qm̄ seruos nō hñt ¶ Cūq3 tres sint mgrātꝰ p qs assumūt qdā summas ptātes/ ɔseruatores legū ⁊ pcōsultores et ɔsiliū Cōseruatores legū optimatū ē. pcōsultores vo paucoꝝ potētie Cōsiliū āt populare. ¶ De mgrātibus ergo et in figura/ fere dictum est omnibus.

Huic co sequens

¶ Liber Septimus / Docet quomõ respublica optima simpliciter instituí debet / trigintanouem capitibus

¶ Capite primo Ostendit Aristoteles que vita sit optima et beata.

b

E optima republica recte querere volenti necessariũ est prius determinare que vita sit maxime expetenda. Nã si id ignotũ sit / necesse ẽ ⁊ optimã rẽpublicã ignorari Optime eĩ agere ꝯsentaneũ ẽ q̃ sub optima reipublice disciplina reguntꝰ / ex his que sibi assint / nisi quid accidat p̃ter rationẽ Quare primũ instituẽdũ ẽ / que vita sit cũctꝰ (vt ita dixerim) maxie optanda Deinde vtrũ publice et priuatim eadẽ sit / an alia Putantes igitꝰ multa sufficiẽter esse dicta de optima vita etiã ĩ externis sermonibꝰ et nunc illis vtendũ cẽsemꝰ Nẽpe aduersus hãc diuisionẽ nẽo vtiqꜫ refragabitꝰ q̃trĩ a cũ sint bonorũ genera externa corpis ⁊ animi, Ista oĩa adesse felici hoĩni oportꝫ Nemo eĩ felicẽ diceret eũ q̃ nllam ptẽ fortitudĩs hẽat neqꜫ tpantie neqꜫ iusticie neqꜫ prudẽtie ꝥ timentẽ etiã circumuolantes muscas. Tpantẽ vo a nllã penitꝰ edendi bibendiqꜫ extrema cupiditate ⁊ grã quadrãtꝰ vnius dilectissĩos interficientẽ Silꝰ ⁊ mẽte ita stultũ atꝫ ignaꝝ q̃i pueꝝ quendam vel insanũ Sꝫ ista quidẽ sic (vt dicta sunt) oẽs ꝯcederẽt Discordant tñ in quanto atqꜫ excessu Nã virtutꝰ quidẽ satis hrẽ se putant / q̃tulumcũqꜫ habeant Diuitiaꝝ vero atqꝫ pecuniarũ potentieqꝫ et fame et hmõi omniũ in infinitũ excessum sequuntꝰ At eĩ nos illis dicemꝰ quia facile est de his etiã ꝑ opera ipam fidem suscipere cernentes / quia homines acquirunt ⁊ cõseruãt nõ ṽtutes externis bonis ꝥ externa virtutibus. Ipaqꝫ beata vita siue in gaudio posita est / siue in virtute / siue ambobus magis existit moribus et intellectu in excessum ornatis Mediocria vero externa possidentibus q̃ꜫ

his qui in externis plura possidēt q̄ opus sit et in illis deficiūt. quinetiā
rōe licz hoc intueri Nā externa quidē bona fidē hn̄t tanq̄ instrumentū qd-
dam Oīe aūt vtile tale ē vt excess⁹ vel noceat hn̄ti vel certe nil psit At bo-
na cū q̄to magis excedūt: tāto magis vtilia sunt. Siquidē nō solū honesti
verūetiā vtilis appellationē tribuere illis debet Ominoqz patz q sequi di-
cem⁹ dispositionē optimā cuiusqz rei ad invicē scd̄m excessuz distātie illorz
quorz dicim⁹ eas eē dispositōes Quare si ē aīa pciosior corpe et pecunijs z
simplr et nobis necessariū ē et dispositionē vtriusqz optimā eodem mō illis
corrn̄dere. insup cū grā illa expeti nata sunt et ita recte sentientes expetere
oēs oportz Nō aūt aīam grā illorz Q; igit felicitatis tm̄ vnicuiqz ptigit q̄
vtutis atqz prudētie et quantū scd̄m has opatr: cōfessum nobis existat teste
deo fretis dicēte felicē esse atqz btm̄ nō p aliqd externorz: s p seipm. qr talis
sit scd̄m naturam. Cum et bonam fortunaz aliud esse q̄ felicitatem prop
ter hoc necessariū est Nam externorz quidez bonorū causa ē fortūa z casus

¶ At iustus et temperatus nemo a fortuna est neqz per fortunam.

